*ΘΥΡΕΟ'Ω, *scuto protego*, i. q. ὑπερμάχομαι καθάπερ ὅπλον. גָּנוֹן, *protegendo*. Aqu. Ies. XXXI. 5. θυρεῶν. Sic quoque apud auct. Vers. Venetæ Prov. IV. 9. pro θυρώσει σοι, quod Hebr. תְּמַגְּנֶךָּ respondet, θυρεώσει σε reponendum est.

ΘΥΡΙ'Σ, *fenestra*, q. d. *ostiolum*. אֲרֻבָּה, *cataracta, columbarium*, uti vulgo vertunt, vel potius *foramen, fenestra*. Ies. XXIV. 18. Symm. Theod. Ies. LX. 8. Aqu. Symm. Genes. VII. 11. — חַלּוֹן, *magna parietis apertura, fenestra*. Gen. VIII. 6. ubi tamen pro θυρίδα, quod habent nostra exempla emendatiora, Hieron. Quæst. ad h. l. θύραν, *januam*, legisse videtur. Ibid. XXVI. 8. διὰ τῆς θυρίδος, per *fenestram*. Vide et Jer. XXXII. 14. Joël. II. 9. et conf. Act. XX. 9. Ezech. XL. 17. θυρίδες κρυπταί, *fenestræ occultæ*. Conf. κρυπτός. — כַּוִּין, Chald. *foramen in pariete, fenestra*. Dan. VI. 10. — צֹהַר, *tectum*. Theod. Gen. VI. 16. Deduxit a צָהַר, *splenduit*. f
— שֶׁלַח, *missile*. Al. Joël. II. 8. διὰ τῶν θυρίδων, teste L. Bosio. Sed verba hæc e commate sequente huc migrarunt, ac pertinent ad בְּעַד הַחַלּוֹנִים, *per fenestras*. Adde Tob. III. 12. ubi θυρὶς est *fenestra in superiore parte domus* (coll. v. 25.), quæ templum versus spectabat. Cf. Dan. VI. 11.

ΘΥ'ΡΣΟΣ, *thyrsus, ramus frondosus, hastula frondibus vestita in honorem Bacchi quondam gestata*, ac in universum: *quicquid sic in altum assurgit, ut aliquo modo acuminetur*. Judith. XV. 15. ubi vid. Grotius. 2 Macc. X. 7. Gloss. MS. in Sap. Sal. θύρσων, λαμπάδων. Hesych. θύρσοι, κλάδοι, λαμπάδες, λύχνοι. Heinsius in Arist. Sacr. p. 14. et Grotius ad Judith. l. c. vocem ab Hebr. תִּרְזָה, *pinus*, derivant. h

ΘΥ'ΡΩΜΑ, *janua, ostium*. דֶּלֶת, idem. 1 Par. XXII. 3. 2 Par. III. 7. et alibi. — מֶחֱזָה, *fenestra*. 1 Reg. VII. 5. — פֹּת, *cardo januæ*. 1 Reg. VII. 50. — פֶּתַח, *janua*. 1 Reg. VI. 30. VII. 5. et alibi. — שַׁעַר, *porta*. Ez. XL. 50. Sir. XIV. 24. 2 Macc. XIV. 43.

ΘΥΡΩΡΟ'Σ, *janitor, ostiarius*. בּוֹא עַד תּוֹךְ, *venio in medium*. 2 Sam. IV. 6. N. L. — פְּקֻדָּה, *præfectura*. Ezech. XLIV. 11. Sed ibi θυρωροὶ respondet potius formulæ מְשִׁיתִים פְּקֻדּוֹת. — שֹׁעֵר. 2 Reg. VII. 11. Esdr. X. 24.

ΘΥΣΙ'Α, *hostia, sacrificium*, etiam *epulum* ac *profana manducatio*. אִשֶּׁה, *ignitum, igne absumendum*. Levit. I.

a 9. II. 2. 3. XXI. 6. 21. — זְבוֹחַ, infin. Lev. IX. 4. Mal. I. 8.—*זֹבֵחַ, partic. Ps. L. 23. Legerunt זָבַח.— זֶבַח. Gen. XXXI. 54. XLVI. 1. et alibi passim. Exod. XXIV. 5. θυσίαν σωτηρίου, victimæ, quibus gratiæ Deo ob salutem ab eo acceptam agebantur. — זְבָחָה. Hos. IV. 20. — חֵלֶב, *adeps*. 1 Reg. VIII. 65. — מְנוּחָה, *quies*. 2 Sam. XIV. 17.
b Zach. IX. 1. In utroque loco legerunt מִנְחָה. — מִנְחָה, *oblatio, munus*. Gen. IV. 3. 5. Exod. XXIX. 41. Lev. II. 1. ubi loco δῶρον θυσίαν, quod fere omnes libri habent, e Cod. Oxon. reponendum est δῶρον θυσίας. Idem valet de v. 4. Jud. VI. 18. de *epulo* ac *profana manducatione* adhibetur, ubi vid. Bonfrerius. Dan. II. 45. sec. cod. Chis. — נִיחוֹחַ,
c *quies, suavitas*, it. *sacrificium*. Levit. XXVI. 31. — עֹלָה, *holocaustum*. Exod. X. 25. Job. I. 5. Ez. XLIV. 11. — רֹאשׁ, *caput*. Job. XX. 6. Hic de conciliatione utriusque vocis ne cogitari quidem poterit: potius auctor hujus versionis ineptum interpretem egit, et quia in antecedentibus donorum mentionem fecerat, ubi de sublimitate sermo erat,
d sibi ipsi male constans *capiti* substituit *sacrificium*. — תָּמִיד, *juge*, sc. *sacrificium*. Dan. VIII. 11. 12. 13. 3 Esdr. I. 12. in Hebr. קֳדָשִׁים, *sancta*. 2 Par. XXXV. 13.

ΘΥΣΙΑ'ΖΩ, *sacrifico*. אִשֶּׁה, *ignitum, igne absumendum sacrificium*. Levit. XXIV. 9. — דְּבַח, Chald. Esdr. VI. 3. — זָבַח. Ex. XXII. 20. 2 Sam. XV. 12. et alibi sæpius.
e Aqu. Symm. 1 Reg. XI. 8. — זֶבַח, *sacrificium*. Lev. VII. 6. Sirac. XXXI. 7. θυσιάζουσιν αὐτῷ sec. Compl. qui aurum tanquam idolum numenve suum colunt. Sir. XXXV. 1. θυσιάζων σωτηρίου, sc. θυσίαν, immolans hostiam pro salute, coll. E XXXII. 6. Sirac. XXXV. 2. θυσιά ζων αἰνέσεως, sc. θυσίαν, offerens sacri ficium laudis.

ΘΥΣΙ'ΑΣΜΑ, *sacrificium*. אִשֶּׁה *ignitum*. Inc. ac LXX Exod. XXI 18. — דִּבְחִין, plur. Chald. Esd VI. 3. — זֶבַח. Ex. XXIII. 1 XXXIV. 25. et alibi. Soph. III. 1 sec. Compl. — מִנְחָה. Lev. II. 1 Num. XVIII. 9.

ΘΥΣΙΑΣΤΗ'ΡΙΟΝ, *altare, in qu sacrificatur*. בָּמָה, *excelsum*. 2 Pa XIV. 5. — דַּשֵּׁן, infin. *decineran* Ex. XXVII. 3.—כַּפֹּרֶת, *propitiato rium*. Levit. XVI. 14. — *כַּפְתּוֹר, *sphærula*. Amos IX. 1. sec. libro nonnullos θυσιαστήριον, quam lectio nem Arabs quoque expressit: Lege runt כַּפֹּרֶת. Vide infra s. v. ἱλαστή ριον. — מִזְבֵּחַ, *altare*. Genes. VII 20. XII. 7. 8. et alibi sæpissime.— *מַצֵּבָה, *statua, monumentum erec tum*. Hos. III. 4. ubi non legerun מִזְבֵּחַ, sed *altare* מַצֵּבָה ab *erigend* dictum opinati sunt. V. Spencer. d Legibus Hebr. Ritual. III. 3. p 336. Legitur præterea Joël. I. 9 apud LXX, ubi θυσιαστηρίῳ ante κυρίο sensus causa de suo addiderunt.

ΘΥ'ΤΗΣ, *augur, haruspex, extis pex, qui ex victimis dissectis divina* גָּזְרַיָּא, Chald. *divinus*. Dan. IV. 4 θύτας. — גָּזְרִין, plur. Chald. *divin* Symm. Dan. II. 27. θύτας. Hesych θύτης, μάντις, ἱεροσκόπος. Lex. Cyril MS. Brem. θύτης, ἱερεύς. Glossæ θύτης, *immolator, popa*. Conf. Hiero ad Dan. II. 27. et Drusium i Fragm. p. 1215.

ΘΥ'Ω, *macto, sacrifico, victiman offero*. *הֵנִיחַ, *pono*. Jud. VI. 18 ubi vel sensum expresserunt (na sermo ibi est de sacrificio, ac *poner sacrificium* est *offerre*), vel, quo magis vero accedere videtur, pr θύσω legendum est θήσω, quod reli-

a qui libri habent. Vide ad h. l. Bosfrerium. — זָבַח, *macto, sacrifico.* Gen. XXXI. 54. ἔθυσεν θυσίαν, *victimam offerebat.* 1 Sam. XXVIII. 24. ἔθυσεν αὐτήν, *mactabat* illam. 1 Reg. I. 25. ἔθυσεν μόσχους, *immolabat* vitulos. — *זֶבַח, *victima.* Hos. XIII. 2. ubi loco זֹבְחֵי perperam legerunt זִבְחוּ. — טָבַח, *macto.* 1 Sam. XXV. 11. Jerem. XI. 19. — עָבַד, *servio,*
b quod etiam de *cultu religioso* adhibetur. Ex. X. 7. ubi alii pro θύσωσι habent λατρεύσωσι. — *עָשָׂה, *facio,* etiam *sacrifico.* 2 Sam. XII. 4. ubi nonnulli libri habent Θύω καὶ ποιῶ, et actio necessario antecedens sensui causa additur. — קָטַר : הִקְטִיר. Pih. et Hiph. *adoleo.* 2 Par. XXV. 14. XXVIII. 3. Jer. I. 16. — שָׁחַט,
c *macto.* Ex. XII. 21. θύσατε τὸ πάσχα, *mactate* agnum paschalem. Vide et 2 Par. XXX. 15. XXXV. 6. 11. et conf. 1 Cor. V. 7. — שְׁחִיטָה, *mactatio.* 2 Par. XXX. 17.

ΘΩΡΑΚΙ'ΖΟΜΑΙ, *thorace* seu *lorica munior, armor,* unde partic. τεθωρακισμένος, *loricatus.* 1 Macc. IV. 7.
d παρεμβολὴν τεθωρακισμένην, *castra cincta,* seu: *bene munita.* Conf. Syrum, et cap. VI. 43. Vide quoque ad h. l. I. D. Michaëlis. 1 Macc. VI. 35.

ΘΩΡΑΚΙΣΜΟ'Σ, *loricatio.* 2 Macc. V. 3.

ΘΩ'ΡΑΞ, *thorax, lorica.* מַד, *mensura,* it. *vestimentum.* Inc. et LXX sec. ed. Compl. 1 Sam. XVII. 39. coll. v. 38. — מִכְלוֹל, *perfectio.* Ez. f
XXXVIII. 4. Vox Hebr. *omne armorum genus* h. l. significat ut Kimchius interpretatur. Praeterea per θώρακα intelligitur lorica cataphractorum, quae a collo ad genua usque demittitur, atque ita οὐ τὰ στέρνα μόνον, ἀλλὰ καὶ σῶμα τὸ ἄλλο ἅπαν τεθωράκισται. — סִרְיוֹן, *lorica.* Jerem. XLVI. 4. — רֶסֶן, *frenum.* Job. XLI. 5. Legerunt שִׁרְיֹנוֹ. Haec g
enim vox ita ab illis verti solet. — שִׁרְיָה. Job. XLI. 18. — שִׁרְיֹן. 1 Reg. XXII. 34. Ies. LIX. 17. — שִׁרְיוֹן. 1 Sam. XVII. 5. 38. 2 Par. XXVI. 14. Neh. IV. 16. Sap. V. 19. ἐνδύσεται θώρακα δικαιοσύνην, induet tanquam thoracem justitiam. Conf. Eph. VI. 14. Gloss. MS. in Sap. θώρακα, πολεμικὸν ἔνδυμα, ἀλυσιδωτόν. h
Lexic. Cyrilli MS. Brem. Θώραξ, ὅπλον, στήθους σκεπαστήριον, λωρίκιον. Confer Homer. Il. Γ', v. 332. et Feithii Antiqu. Homer. Lib. IV. c. 8. pag. 337.

I

ΙΑ'. Vox ipsa Hebr. יָהּ, *Dominus.* Ps. LXVII. 4. διὰ τοῦ ἰά, et ἐν τῷ ἰά. Inde apud Hesychium: Ἰά, δασυνόμενον τὸ ἄλφα, καὶ ὀξυνόμενον (Sic enim bene legit et distinguit Fullerus Miscell. Sacr. Lib. IV. c. 14. p. 506.
e pro Ἴα, δασυνόμενον, τὸ ἄλφα. καὶ ὀξυνόμενον) τὸν Θεὸν σημαίνει καθ' Ἑβραίους. Vide Potterum ad Clement. Alex. Strom. p. 666.

ἼΑ. Ita Syrus reddit הֵידָד הֵידָד, quae est jubilationis vox calcantium uvas in torculari. Jer. XLVIII. 33. i
Sine dubio scribendum est *ἰά, vox, clamor.*

*ΙΑΒΕ'. יְהֹוָה. *Samar.* Ex. VI. 2. Vide ad h. l. Theodoretum ac supra s. αἰά.

ἼΑΜΑ, *sanatio, remedium.* אֲרֻכָה,

a *medela*. Ies. LVIII. 8. ubi neglegentes librarii pro ἰάματα scripserunt ἱμάτια, quam corruptam scripturam, jam ab Hieronymo notatam, secuti sunt Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus. Jer. XXX. 14. — טַל, *ros*. Ies. XXVI. 19. Ita Bielius. Sed referre mallem ad אוֹרָה, *malva, quæ erat herba medica primaria*. Confer Celsii Hierobot.
b T. I. p. 460. seq. Cocceius in Lex. Hebr. conjicit, eos אָסוּת legendum putasse. Vide Michaëlis Syntagma Commentatt. P. II. p. 163. seq. — מִלָּה, *sermo*. Job. XXIII. 5. ubi loco ἰάματα sine dubio scripserunt ῥήματα. — מַרְפֵּא. 2 Par. XXXVI. 16. Cohel. X. 4. ubi etiam Aqu. et Theod. ἴαμα habent, quod h. l.
c sensu metaphorico accipiendum erit, ut sit *mansuetudo*. Certe Symm. habet σωφροσύνην. Jer. XXXIII. 6. — רְפֻאָה. Jer. XLVI. 11. Sap. XI. 4. ἴαμα δίψης, *remedium* sitis, h. e. aqua. Ibid. XVI. 9. οὐχ εὑρέθη ἴαμα τῇ ψυχῇ αὐτῶν. Hesychius: ἴαμα, θεραπεία.

ἸΑΜΕΙ'Μ, et ἸΑΜΕΙ'Ν. Ipsa vox Hebr. הַיֵּמִם, ut videtur, quæ *mulos*,
d sec. alios *thermas* notat. (Cf. Scacchi Sacr. Elæochrism. Lib. III. c. 27.) Gen. XXXVI. 24. ubi LXX et Theod. τὸν ἰαμεὶν, et Aqu. τοὺς ἰαμεὶμ. Diodorus: ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος τὸν ἰαμεὶν ὕδωρ βούλονται λέγειν, αὐτὶ τοῦ, εὗρε πηγὴν ἐν ἐρήμῳ· οἱ δὲ ἑρμηνεύσαντες αὐτήν πως τὴν λέξιν Ἑβραϊκὴν τεθείκασι. Fortasse tamen conferri possunt Græca ἰαμεναὶ aut εἰαμεναὶ, aut ἰαμνοὶ, quæ
e *loca humecta et irrigua* notant. Plura de hac voce vide apud Drusium in Fragm. p. 227. Bochartum Hieroz. P. I. L. II. Pfeiferum Dub. Vexat. p. 192. seq. et Massonum Hist. Crit. Reip. Lit. T. III. p. 198. seq.

ἸΑΜΙ'Ν. Hebr. יָעִים, *scopæ, palæ*. 2 Reg. XXIV. 34. In Gloss. MSS. Barocc. in L. 4 Reg. corrupte scribitur Ἰαμὴν, in Cod. autem Fabricii Ἰαμεὶν, exponitur a
tem utrobique per ἄγκιστρα, κρεά
γρας.

ἸΑ'ΝΘΙΝΟΣ, *janthinus, violace*
purpureo colori similis. Non e
inter janthinum colorem et hyaci
thinum discriminis quidquam, v
si sit, usque adeo id exiguum e
ut nihili censendum sit. תַּחַשׁ, *ph*
ca, taxus, etiam *coloris genus* secu
dum Bochartum et Bynæum. Aq
Symm. Theodot. et LXX sec. Ox
et Ald. Ex. XXV. 5. δέρματα ἰ
θινα, pelles janthinæ. Aqu. Sym
Ez. XVI. 10. ὑπέδυσά σε ἰάνθινα,
ὑποδήματα, calceavi te calceamen
janthinis. Hieronymus ad h.
Calceavi te hyacintho vel, ut a
janthino: cum loti fuerint pedes
omni sorde purgati, calceantur hy
cinthinis vel, ut alii, janthinis, q
utrumque ærei et κυανέου *coloris*
ut rapiantur in occursum Domini
aërem, et ad cœlestia regna festin
Hesych. Ἴανθον, ἄνθος, καὶ χρῶμ
πορφυροειδές. Ubi Salmasius: *U*
janthinæ vestes Latinis. Mer
harum vestium fit apud Plini
H. N. L. XXI. c. 6.

ἸΑ'ΟΜΑΙ, *sano, medeor, j*
malo libero, item metaphorice *p*
cata remitto. *הִתְלַהְלֵהַּ, *ludo*,
ludo, jocor. Prov. XXVI. 18. V
go οἱ ἰώμενοι, h. e. *ægroti, a m*
co curandi, insani, furiosi, ut
Int. Arab. explicatur. Arab.
mente correptus fuit, unde
insanus. Grabius (quem et
Henslerus secutus est) supposu
πειρώμενοι, acceptum a Symma
Jaegerus ad ductum Schultensi
recentissimorum Intt. conjicit
νεώμενοι, ironiam intellegens insi
sam callide illudentium.
Theoph. Char. 1. Mihi οἱ ἰώ
metaphorice esse videtur, *qui e*
datione egent, h. e. *malis mor*
imbuti, κακοηθιζόμενοι, ut Aquila
terpretatus est. Vide quoque

a chaëlis Suppl. p. 1412. — חָבַשׁ, obligo. Ies. XXX. 26. LXI. 1. — הָיָה, Pih. vivifico. Neh. IV. 2. — מַרְפֵּא, sanatio. Prov. XII. 19. — סָלַח, condono. 2 Par. VI. 30. — רָפָא. Genes. XX. 17. Exod. XV. 26. 2 Par. VII. 14. ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν, καὶ ἰάσομαι τὴν γῆν αὐτῶν, propitius ero peccatis illorum, et *malis liberabo* terram illo-
b rum. 2 Par. XXX. 20. κύριος ἰάσατο τὸν λαὸν, Dominus sanabat populum, h. e. *peccata remittebat* populo. Vide et Ies. VI. 10. LVII. 18. 19. Jerem. XVII. 14. Hos. VII. 1. et confer Lex. N. T. s. h. v. Hos. XI. 4. οὐκ ἔγνωσαν, ὅτι ἰάσομαι αὐτοὺς, non agnoscebant, quod *juvarem* illos. — רָפָה, *remitto*. Job. XII. 21. Permutarunt invicem רָפָה et רָפָא.
c Idem valet de versione Inc. Psalm. XLV. 11. qui, ἰάσθητε vertens, הַרְפּוּ, (h. e. *cessate*, sc. a bello inferendo Israëlitis) derivavit sine dubio a רָפָא, *mederi*. — שׁוּב, *redire facio*. Deut. XXX. 3. ἰάσεται κύριος τὰς ἁμαρτίας σου. Scil. captivitas erat poena peccatorum, adeoque reductio e captivitate bene remissio peccatorum dici poterat. — *שָׁמַר.
d Inc. Prov. XIV. 3. Usus fortasse est voce ἰᾶσθαι, quia in antecedentibus sermo erat de baculo vulnera infligente, quæ sanari dicit a sapientibus. 4 Macc. III. 10. ἰάσασθαι τὴν δίψαν, sitim *sedare*.

ΜΗ' ἸΑ'ΟΜΑΙ, *non sano*. הִתְרַפָּה Hithp. *remisse me gero*. Proverb. XVIII. 9. μὴ ἰώμενος. Vulgo statuunt, eos deduxisse a רָפָא, inser-
e to μὴ, sententia ita postulante. Certe ita judicat Vogelius ad h. l. Sed mihi lectio ipsa est admodum suspecta. Absonum enim est dicere *non se sanare in operibus suis*. Suspicor itaque, omisso αὐτὸν, aut supplendo ἑαυτὸν (cum Alex. Ald. et Compl.), reponendum esse μὴ εἰμένος ab ἵημι, quod est i. q. ἀνειμένος, qua voce Theodotion h. l. usus est.

*ἸΑΡΕΙ'Μ. Est ipsa vox Hebr. יָרֵב. Hos. V. 13. X. 16. Metuo, f
ne μ sit scriptum pro β.

Ἴ΄ΑΣΙΣ, *sanatio, sanitas*, ac metaphorice *remissio peccatorum*, et *emendatio animi*, etiam *remedium*. אֲרֻכָה, *prolongatio vitæ, sanatio*. Jerem. VIII. 22. — כֵּהָה, *hebetatio*. Nah. III. 19. οὐκ ἔστιν ἴασις τῇ συντριβῇ αὐτῶν. Bene quoad sensum et ob contextam orationem. כֵּהָה g
h. l. est metaph. *mitigatio*. — מִבְטָח, *fiducia*, etiam *id, in quo confiditur*, per quod LXX Job. XVIII. 15. *sanitatem*, vel *spem vitæ longæ* intellexerunt. — מַרְפֵּא. Prov. IV. 22. XV. 4. XVI. 24. XXIX. 1. In posteriori loco ἴασις est *emendatio animi*. — מְתֹם, *perfectio*. Ps. XXXVII. 3. 7. — רֹעֶה, part. *pastor*. Zach. X. 2. Legerunt רֹפֵא, h
aut רֹפֶה pro רֹפֵא. — רִפְאוּת. Prov. III. 8. — רְפוּאָה, *medicamentum*. Ezech. XXX. 21. Præterea legitur Ies. XIX. 22. ubi tamen vox ἰάσει mihi e versione Symmachi irrepsisse videtur, nihil enim ei respondet in textu Hebr. Apud Symmachum Job. XXXIV. 16. verba εἰς ἴασιν, quæ quoque in textu Hebr. non reperiuntur, addita esse videntur omnis ambiguitatis tollen- i
dæ causa, quia ἐπιδέω alio quoque sensu usurpatur. Sir. III. 27. οὐκ ἔστιν ἴασις, non est *remedium* (conf. XXI. 4. et Sap. II. 1.), h. e. *non averti ac removeri potest*. Ibid. XXVIII. 2. homo homini non condonat, καὶ παρὰ κυρίου ζητεῖ ἴασιν, et tamen vult a Deo *remissionem peccatorum* impetrare. Conf. Lex. N. T. s. h. v. Sap. II. 1. οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τελευτῇ ἀνθρώπου, nullum est mortis *remedium*. Vulgat. mire: *refrigerium*. Fingere posset hic quis-

a piam vocem ἴασις ab ἰαίνομαι, *refrigeror, lætitia perfundor.*

*ἼΑΣΙΣ ΚΡΙ'ΣΕΩΝ ΣΚΗΝΑΙ', *medicina judicii tabernacula.* רַעְמְסֵס סֻכֹּתָה, *Rahmeses in Succhoth.* Inc. Exod. XII. 37. ubi vid. Montf.

'ΙΑΣΜΟ'Σ, *cantus calcantium in torculari.* Formata est vox ab ἴα, ἴα, quæ secundum Syrum vox erat jubilationis calcantium in torculari.
b הֵידָד, idem. Aqu. Jer. XXV. 30. ubi vid. Montf. L. Bos. pro ἰασμὸς legendum censet αἰασμὸς, quod *lamentationem* et *lugubrem cantum* significat, ἀπὸ τοῦ αἰάζειν, *lamentari*, quod est ab αἲ, *heu.* Grabius legendum conjicit οἰασμός.

* 'ΙΑΣΟ'Δ. אָצַל, *Asal.* Zach. XIV. 5. Mansit vox Hebr. Græce in LXX 'Ἀσὰλ, atque sic Itala (*us-*
c *que ad Asel*), Λ et Δ confusis. In Eusebii Demonstr. Evang. Lib. VI. recte legitur 'Ασαὴλ, ut et in excusis antiquioribus LXX Intt. Narrat Hieronymus, etiam Aquilam habere 'Ασιλ.

*ἼΑΣΠΙΣ, *jaspis.* Gemmæ genus, cujus etsi multæ recenseantur species, in eo tamen conveniunt Plinius XXVII. 9. Isidorus XVI. 7.
d Franc. Rueus L. II. c. 1., primariam ejus speciem, quæ *grammatias* vel *polygrammos* appellatur, e virentibus gemmis esse, affinemque smaragdo, cui Plinius transversam lineam albam adscribit. יַהֲלֹם, *adamas.* Exod. XXVIII. 19. XXXIX. 9. — כַּדְכֹּד, *pyropus.* Ies. LIV. 12. ubi Symmach. καρχηδόνιον. Conf. Braunium de Vestitu Sacerd. Hebr.
e Lib. II. c. 19.

*'ΙΑΤΗ'Σ, *medicus, sanans,* ac metaph. *qui opem fert, seu adjuvat.* רֹפֵא, *sanans.* Job. XIII. 4. ἰαταὶ κακῶν πάντες. 'Ιαταὶ κακῶν Montfauconio sunt *curatores malorum,* mihi vero: *qui mendacia adjuvant omni modo, concinnandis* nempe *mendaciis.* Vulgatus, si vere secutus est LXX, nec Symmachi vers nem, transtulit: *cultores perver rum dogmatum.* Fortasse tam loco κακῶν reponendum est κα ac statuendum, omissa esse in LX verba טֹפְלֵי שֶׁקֶר, ac coaluisse du versiones ad רֹפְאֵי אֱלִל pertinent Nec admodum repugnarem, si q statueret, in LXX transpositas e sententias, hoc modo in ordin redigendas: ὑμεῖς δέ ἐστε ἰαταὶ κ κῶν καὶ ἰατροὶ ἄδικοι πάντες, ut ἰα κακῶν ad טֹפְלֵי שֶׁקֶר referend sit. (Cæterum ἰατὴς ab ἰάομαι, ὁρατὴς ab ὁράομαι, descendit, atq ἰατροὶ, quod Ald. offert, ex Sy machi reliquiis in versionem Al migravit. K.)

'ΙΑΤΡΕΙ'Α, *medicatio, cura* מַרְפֵּא, idem. 2 Par. XXI. 18. תְּהִלָּה, *laus.* Jerem. XLVIII. ubi fortasse loco תְּהִלַּת legeru תְּעָלָה (Jerem. XXX. 13. XL 11. Alex. ὠφέλεια), quod ab עול derivarunt, aut vocem Hebr. metonymiam de *objecto laudis* int lexerunt.

'ΙΑΤΡΕΙ͂Α, scil. δῶρα vel μισθώ ματα, *præmia, quæ medico dant* רַפֹּא יְרַפֵּא, *curando curo.* Ex XXI. 19. Lex. Cyrilli MS. Br 'Ιατρεῖα (Sic enim legendum vi tur pro 'Ιατρία), ὁ μισθὸς τῆς θε ραπείας. 'Ιάτρεια (Sic enim et reponendum videtur pro 'Ιατρία) ἡ γυνὴ, ἡ ἔχουσα τὴν ἐπιστήμην. Cc Pollucem L. IV. segm. 177. et VI. segm. 186.

'ΙΑΤΡΕΥ'Ω, *medeor, curo, sa* הִתְחַבֵּא, Hithp. *latito.* 2 R XXII. 9. ἰατρευόμενον. Ita, sine bio decepti v. 6. aut ex mera c jectura transtulerunt. — רָפָא 2 Reg. VIII. 29. IX. 15. 2 Pa XXII. 6. et alibi. — רְפֻאָה, *cu tio.* Jer. XXX. 11.

'ΙΑΤΡΟ'Σ, *medicus.* חֹבֵשׁ, p

obligatus. Aqu. Ies. III. 5. ἰατρός. — תֹּפֵל, part. concinnator. Job. XIII. 4. Vide s. v. ἰατής. — מַרְפֵּא, sanatio. Proverb. XIV. 32. ἰατρὸς καρδίας, ubi pro לֵב מַרְפֵּא legerunt מַרְפֵּא תַּ. — רֹפֵא, partic. 2 Par. XVI. 12. Job. XIII. 4. Jer. VIII. 22. — רְפָאִים, plur. mortui. Ps. LXXXVII. 11. Ies. XXVI. 14. In utroque loco mire legerunt רֹפְאִים. Vide ad posteriorem locum Montfauconium. Sir. X. 10. μακρὸν ἀῤῥώστημα σκώπτει ἰατρός. Si lectio sana est, nec loco σκώπτει reponendum κόπτει, loco ἰατρὸς scribendum erit ἰατρὸν, hoc sensu: gravis et inveteratus morbus medici est ludibrium, vel: medici artem plane eludit, aut: non est in morbo facilis medicina vetusto.

'ΙΒΙΣ, ibis, avis Ægyptiaca Judæis prohibita, auctor clysteris, serpentibus infesta, eaque in duplici genere nigra et candida. Vid. Plinius VIII. 27. ac Prolegomena ad H. Stephani Thes. L. Gr. (Ed. Lond.) Tom. I. Vol. 2. fol. CCXXI. seq. יַנְשׁוּף, noctua, avis quæ noctu vagatur ac volat, a נֶשֶׁף, crepusculum. Levit. XI. 17. ubi vid. Rosenmüllerus. — תִּנְשֶׁמֶת, monedula. Deut. XIV. 16. nisi forte, errore librariorum, verba Græca illic transponenda sint, cum in hoc etiam loco יַנְשׁוּף commemoretur. Lex. Cyrilli MS. Brem. Ἶβιν, ὄρνεον ἰφοφάγον.

'ΙΓΝΥ'Α, seu ἰγνύη, poples, posterior genu pars, a γόνυ, quod ibi sit ἡ γόνυος, vis genu. סְעִיף, cogitatio. 1 Reg. XVIII. 21. ubi LXX mera conjectura ducti, ac veram vocis Hebr. notionem ignorantes, reddiderunt ταῖς ἰγνύαις. Vulgat. in duas partes, respiciens Arab. شعب, divisit. LXX fortasse rationem habuerunt eorum, quæ ibidem v. 26. leguntur. Hesych. ἰγνύα, ψυχή, ἡ τοῦ γόνατος ὄπισθεν μέρος, ubi vide Intt. Confer quoque Tittmann. ad Zonar. col. 1084. f

'ΙΔΕ'Α, forma, species, similitudo, vultus. דְּמוּת, similitudo. Gen. V. 3. κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, juxta similitudinem vel imaginem suam. — מַרְאֶה, visus, vultus. Dan. I. 13. αἱ ἰδέαι ἡμῶν, vultus nostri. Vide et v. 15. Symm. Job. XL. 27. Inc. Lev. XIV. 37. et conf. 2 Macc. III. 16. Sic et de facie et forma hominis vocem apud optimos scriptores Græcos occurrere, contra Thomam Magistrum ostendit Alberti ad Matth. XXVIII. 3. p. 163. et 305. Hesych. ἰδέα, ἡ ὁμοιότης, μορφή, εἶδος, καὶ τὸ ἐλάχιστον σῶμα, θεωρία. 4 Macc. I. 14. πόσαι αἱ τῶν παθῶν ἰδέαι. Ibid. v. 18. σοφίας ἰδέαι, sapientiæ partes. g

*'ΙΔΙΘΟΥ'Ν. Ipsa vox Hebr. יְדוּתוּן. Aqu. Symm. et LXX Ps. LXI. 1. Reponendum autem est Ἰδιθοὺμ, ut legitur apud Eusebium in Comm. ad h. l., Theodoretum et in Cod. Vat. ab Adlero collato. Conf. Opuscula Critica p. 218. h

*'ΙΔΙΟ'ΓΡΑΦΟΣ, manu propria exaratus. Psalm. CLI. inscr. ὁ ψαλμὸς ἰδιόγραφος εἰς Δαυίδ.

'ΙΔΙΟΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ, proprium mihi facio, vindico, mihi concilio. גָּנַב, furor. 2 Sam. XV. 6. ἰδιοποιεῖτο Ἀβεσσαλὼμ τὰς καρδίας υἱῶν Ἰσραήλ, sibi conciliabat Absalom animos filiorum Israël. Schol. Soph. Electr. 687. et Aristoph. Equit. v. 1053. i

"ΙΔΙΟΣ, proprius, suus, privatus. בָּרוּךְ, part. Pah. benedictus. Prov. V. 18. ἰδία. Legerunt לְבַדֶּךָ. Ita quoque Arabs. Jaegerus conjicit legendum ἡδεῖα, quæ ingeniosa conjectura Methodii auctoritate comprobatur. — *דַּד, mamma. Prov. V. 19. ἡ δὲ ἰδία ἡγείσθω σου. Scribendum sine dubio φιλία, ut legerint דּוֹד, coll. VII. 18. Certe Schol. ed. Rom. φιλία habet. — ו suffix. suus, k

a *ejus*. Job. II. 11. Prov. XXVII. 8. —חֲנִיכִים, plur. *initiati*. Gen. XIV. 14. ἴδιοι, *vernæ, ab ipso Abrahamo educati*. Deduxerunt a חָנַךְ, *aluit, educavit*, ut sit i. q. *alumni*. Vide Schultensium ad Proverb. p. 273. seq. ac Michaëlis Suppl. p. 844. Tychsenius in Tentam. p. 82. non dubitat, quin אֲנֹכִי cogitaverint. — ךָ, *tuus*. Prov. VI. 2. — מְלוּרָה, b *nativitas*. Ezech. XXI. 30. Legitur præterea Prov. XI. 24. ubi sine dubio bis יֵשׁ legerunt, et altera vice in notione *facultatum, rei familiaris, opum*, quam etiam Arab. وشا habet, accepisse videntur. Sirac. XI. 35. ἀπαλλοτριώσει σε τῶν ἰδίων σου, abalienabit te a *propriis* tuis. Vide et 2 Macc. XII. 22. 2 Macc. IV. 5. κατ᾽ ἰδίαν, sc. χώραν, *in loco privato*, c *privatim*. Vide et 2 Maccab. XIV. 21. et Conf. Luc. IX. 10. ac Lamb. Bos. Ellips. Gr. p. 241. 2 Macc. IV. 34. ὁ Μενέλαος λαβὼν ἰδίᾳ (scil. χώρᾳ vel μερίδι) τὸν Ἀνδρόνικον, Menelaus *privatim* recipiens Andronicum. Conf. 1 Cor. XII. 11. Ælian. V. H. II. 32.

ΤΑ῍ ἼΔΙΑ, sc. οἰκήματα vel δώματα, *domus sua, ædes suæ*. בֵּיתוֹ. d Esth. V. 10. εἰσελθὼν εἰς τὰ ἴδια, ingrediens *domum* suam. Vide Lex. N. T. s. h. v. Herodotus Lib. I. c. 109. dixit εἰς τὰ οἰκεῖα. 1 Esdr. V. 47. ἐν τοῖς ἰδίοις, in *sedibus* suis. Vulg. *in rebus suis*. Conf. Munckerum ad Antonin. Lib. Metam. c. 6.

ΤΙ` ΤΩ͂Ν ἸΔΙΏΝ, sc. χρημάτων, *aliquid propriorum*, h. e. *aliqua portio ex propriis bonis*. יָלַע, fut. ex e הָלִיעַ, a לוּעַ, *deglutiet*. Prov. XX. 25. Sed ibi LXX τὶ τῶν ἰδίων de suo addiderunt sensus causa, et voci יָלַע potius ibi respondet ταχύ. Vide alibi Δεσπότης, Οἶκος et Χρέος.

ἸΔΙΌΤΗΣ, *proprietas, singularis rei natura et ratio*. Sap. II. 23. 3 Macc. VII. 17. Ptolemaida τὴν ὀνομαζομένην διὰ τὴν τοῦ τόπου ἰδιότητα ῥοδοφόρον, quæ ob loci *naturam* cognominabatur *rosifera*. Sic Polyb. 68. 11. αἱ τῶν τόπων ἰδιότητες.

ἸΔΙΏΣ, *proprie*. Sap. XVII. Vulgatus non male omisit. F[...]tasse legendum ἰδίῳ μάρτυρι, *pro[...] teste condemnata*, i. q. τῇ συνειδήσει sequentibus, ut quoque habet Compl. Cyrillus Lex. MS. ἰδ[...] πρὸς σε εἰρημένον.

*ἸΔΙΩΤΙΚΌΣ, *privatus*. 4 M[...] IV. 3. τὰ ἰδιωτικὰ χρήματα, pecu[...] privatæ. Ib. v. 6.

ἸΔΟΎ, *ecce*. הָא. Ezech. X[...] 42. — הִגִּיעַ, Hiph. a נָגַע, *ta[...]* Ezech. VII. 12. ἰδοὺ ἡ ἡμέρα. B[...] quoad sensum. — *הָרָה, *conce[...] est*. Job. III. 2. Non arbitror, הִנֵּה legisse, vel, ut aliis plac[...] הֲרֵי, *ecce*, sed sensum liberius [...] male expresserunt. — חֲזֵה, im[...] *aspice*. Ies. XXXIII. 20. — זה[...] *nunc*. 1 Reg. XVII. 23. — אה[...] imper. *vide*. Gen. XXVII. 27. X[...] 41. et alibi sæpius. Legitur p[...]terea sec. cod. Alex. et Ald. [...] XXXIV. 29. ante αἱ πλάκες, ubi suo addidisse videntur. Sed f[...]tasse ibi lectio est vitiosa, et [...] ἰδοὺ αἱ reponendum est αἱ δύο, ut [...]tium ortum sit e continua scribe[...]ratione. Dan. X. 8. sec. Chis. [...] ἰδοὺ ante πνεῦμα a nonnullis ad ה[...] refertur, ut הִנֵּה legerint. Vide h. l. Segaar. Præterea legitur q[...]que Genes. XXVII. 36. ἰδοὺ δεύτ[...] τοῦτο, ubi τὸ ἰδοὺ in textu Hebr. n[...] diserte expressum legitur. Ph[...] Lib. III. Allegor. p. 96. Cod. Al[...] et Compl. ἤδη legunt, sensu f[...] eodem manente. Conf. Luc. XI[...] 16. ubi manifeste ἰδοὺ synonymu[...] τοῦ ἤδη occurrit. Cæterum co[...] Hornemanni Spec. I. Exercita[...] Critt. in LXX p. 83. seq.

ΝΑΊ ἸΔΟΎ, *Næ ecce*. אֲבָל, ἴ[...]*mo*. Gen. XVII. 19.

'ΙΔΟΥ' ΔΕ', ecce utique. הֵן. Aqu. Job. XIII. 15.

'ΙΔΟΥ' ΕΙ'ΜΙ', ecce sum, vel adsum. הִנֵּנִי, ecce me. Ies. LXV. 1. ἰδοὺ εἰμὶ τῷ ἔθνει, ecce adsum genti.

ΟΥ'Κ 'ΙΔΟΥ'. הֲלוֹא, nonne. 2 Reg. XV. 6. sec. Complut.

'ΙΔΡΟ'Ω, sudo. 4 Maccab. III. 7. ubi pro ἱδρῶν in ed. Breit. male legitur ὑδρῶν.

'ΙΔΡΥΜΑΙ, firmor, fundor, unde partic. ἱδρυμένος, firmatus, fundatus. מְגֻדָּל, part. Pyh. educatus. Psalm. CXLIII. 13. ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα, tanquam novæ plantæ firmatæ, scil. manu, ut fieri solet ab agrum colentibus. Augustinus: constabilitæ. In aliis codd. legitur ἡδρυμένα, quæ et vera lectio judice L. Bosio. Vide supra s. v. ἁδρύνομαι. Hesych. ἱδρυμένα, ἀνατεθέντα, ἢ ἠσφαλισμένα, ἀσφαλισμένα, κατεσκευασμένα. — עַמַד. Symmach. Jos. XI. 13. — שָׁכַן, habito. Symm. Ps. LXXVII. Compositam esse existimavit hanc vocem ex שׁ pro אֲשֶׁר, et כּוּן.

'ΙΔΡΩ'Σ, sudor. זֵעָה, idem. Gen. III. 19. ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φαγῇ τὸν ἄρτον σου, in sudore vultus tui, i. e. in multo labore, comedes panem tuum. Conf. 2 Macc. II. 27. Sic et Hesiodus Ἔργ. v. 287. τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν, ante honorem vero sudorem, h. e. laborem, Dii posuerunt. Hesych. σὺν ἱδρῶτι, σὺν καμάτῳ. — יֶזַע, sudor. Symm. Ezech. XLIV. 18. ἐν ἱδρῶτι.

'ΙΕΒΑ'Λ. Est ipsa vox Hebr. יְחַבֶּל, parturiet, Græcis literis expressa, apud Hebr. Ps. VII. 15.

'ΙΕΔΙΔΙ'Α. Ipsa vox Hebr. יְדִידְיָה. Aqu. Theod. 2 Sam. XII. 25.

'ΙΕΞΟΣ. רָאָה, vulgo cornix, a visus acumine. Deut. XIV. 13. sec. Oxon. Vulgatus ixion habet, unde luculenter apparet, Ἴξος aut Ἴξιος reponendum esse.

'ΙΕ'ΡΑΞ, accipiter. נֵץ, nisus, accipitris species. Lev. XI. 16. Deut. XIV. 15. Job. XXXIX. 26. — תִּנְשֶׁמֶת, noctua, a שָׁמַם, obstupuit, quod ejus forma insolita reliquæ aviculæ obstupescant. Deut. XIV. 15.

'ΙΕΡΑΤΕΙ'Α, sacerdotium. אֵפֹד, Ephod, amiculum sacerdotale. Hos. III. 4. Scilicet Ephod erat insigne sacerdotis. — כַּהֵן, infin. Pih. Ex. XXXV. 18. XXXIX. 43. — כְּהֻנָּה. Ex. XXIX. 9. XL. 13. Num. III. 10. et alibi sæpius.

'ΙΕΡΑ'ΤΕΥΜΑ, idem. כֹּהֲנִים, plur. sacerdotes. Exod. XIX. 6. Vide supra s. v. βασίλειος, ac Sturz. de Dial. Maced. p. 53.

'ΙΕΡΑΤΕΥ'Ω, sacerdotio fungor, sacerdotem constituo, etiam vestitu sacerdotali orno ac amicio. כִּהֵן, Pih. Exod. XXVIII. 1. 3. 4. XXIX. 1. et alibi sæpius. Aqu. Ies. LXI. 10. ἱερατευμένον στεφάνῳ, sacerdotii coronam portantem. Ita interpretatur Hieronymus. Vulgat. coronatum corona. Symmachus habet κεκοσμημένος. כֹּהֵן, sacerdos. 1 Sam. II. 30. 2 Par. XXXI. 19. — כְּהֻנָּה, sacerdotium. Num. XVI. 10. 3 Esdr. VIII. 48. Hebr. מְשָׁרֵת Esdr. VIII. 17. 1 Macc. VII. 5. βουλόμενος ἱερατεύειν, appetebat dignitatem summi sacerdotis.

'ΙΕΡΑΤΙΚΟ'Σ, sacerdotalis. *אֵפוֹד, Ephod, amiculum sacerdotale. Symm. Jud. XVII. 5. ἔνδυμα ἱερατικόν. Incertus interpres ibi simpliciter ἔνδυμα habet, ubi necessario ἱερατικὸν addendum est. 3 Esdr. IV. 54. ἱερατικὴν στολὴν, coll. V. 70.

'ΙΕΡΕΙ'Α, sacrificium. עֲצָרָה, feria. 2 Reg. X. 20. ἁγιάσατε ἱερείαν τῷ Βαάλ, sanctificate sacrificium Baali. Hesych. ἱερείαν, θυσίαν, θῦμα.

'ΙΕΡΕΥ'Σ, sacerdos, sacrificus.

a *אֱלֹהִים, *Deus.* Incert. Psalm. CXXXVII. 1. ἔναντι ἱερέων, coram sacerdotibus. Ergo in templo et conventibus sacris. Non male quoad sensum, et convenienter seriei orationis. Nonnulli Intt. ibi per אֱלֹהִים *reges* intellegunt, sed videtur mihi LXX Intt. versio h. l. præstantior esse. — *בַּעַל *dominus.* Aqu. et Symm. sec. Procopium.
b 2 Sam. VI. 2. ἀπὸ τῶν ἱερέων, sec. Montfauc. autem ἀπὸ τῶν ἁγίων. Mira videtur utraque versio Montfauconio, qui ejus causam se ignorare fatetur. Sed בַּעַל, ut Gr. κύριος, in universum *viros in suo genere insignes, principes* significat. Vulg. *de viris.* LXX ἀπὸ τῶν ἀρχόντων. Jam hanc notionem intt. laudati per ἁγίους exprimere voluerunt, quibus
c alius certam speciem τῶν ἁγίων, nempe τοὺς ἱερεῖς, substituit. Sunt autem, ut hoc obiter addam, בַּעֲלֵי יְהוּדָה h. l. *incolæ Judææ, qui Judæam possidebant.* — *גּוֹרָל, *sors.* Jos. XXI. 20. τῶν ἱερέων αὐτῶν sec. Montf. Sed reponendum est ὁρίων, ut recte scribitur in reliquis libris et Cat. Niceph. Cæterum legerunt גְּבוּלָם. Vide ad h. l. Scharfenber-
d gium. — כֹּהֵן. Gen. XIV. 18. XLI. 45. et alibi sæpissime. Hos. IV. 4. ubi tamen pro ἱερεὺς necessario reponendum est ἱερεῦσι. — כְּמָרִים, plur. *sacrificuli.* Soph. I. 4. — *עֶרֶשׂ, *stratum, grabbatum.* Amos III. 12. ἱερεῖς. LXX scilicet, cum non assecuti essent h. l. sensum verbi Hebr., scripserunt literis Græcis ἱρὶς s. γερὶς, quod deinde
e librarii mutarunt in ἱερεῖς, (quam lectionem quoque Arabs secutus est) quia in sequentibus *altarium* mentio fit. Certe ita judicat Scharfenbergius ad Cappelli Crit. S. pag. 689. Alii legere malunt ἀρίς. Vide Buxtorfii Anticrit. pag. 618. Conf. quoque ad h. l. Drusium, qui ad Hieronymum provocat, et Dahlii pag. 114. Præterea legitur Am I. 15. ἱερεῖς, ubi nihil in textu Hel respondet, ac כְּמָרַיו excidisse textu Hebr. videtur. 3 Esdr. VI 8. Esdras κατ' ἐξοχὴν appellat ἱερεύς, ubi in Hebr. est הַסֹּפֵר Es VII. 11.

ἹΕΡΟΔΟΥΛΟΣ, *sacris inservie sacrorum administer, æditkuus.* 3 Es VIII. 22. 51. V. 53. 58. respon Hebr. et Chald. נְתִינִים Es VII. 24. VIII. 20. II. 58. et 3 Es I. 3. respondet Hebraico בוֹנִים vel juxta Keri מְבִינִים, *intellegen legis periti.* 2 Chron. XXXV. 3. LXX δυνατοὶ verterunt.

*ἹΕΡΟΠΡΕΠΗΣ, *sanctimoni præ se ferens, sanctus.* 4 Macc. 25. ὁ ἱεροπρεπὴς νεανίας. Ibid. XI.

ἹΕΡΟΣ, *sacer.* יוֹבֵל, *aries.* J VI. 8. ubi tubæ arietinæ, quia sacerdotes clangebant ante arc fœderis, ἱεραὶ vocantur. Sed nu legi suadeo κέρινοι. 2 Macc. V. τὰ ἱερὰ σκεύη. VIII. 23. τὴν ἱερὰν β λον. Ibid. IX. 16.

ΤΟ ἹΕΡΟΝ, sc. οἴκημα, *sac rium, ædes sacra, templum.* בַּיִת, *mus.* 1 Paral. XXIX. 4. ubi ser est de templo. — *כָּנָף, *ala.* D IX. 27. sec. Chis. כָּנָף h. l. *loc sacrum* seu *templum* notat. Conf. h. l. Dathium. — מִקְדָּשׁ, *sanct rium.* Ez. XXVIII. 18. — רָה *atrium.* Ezech. XLV. 19. τοῦ ἱ Semlero reponendum videtur ἱλ τηρίου, coll. c. XLIII. 14. et 17. קֶרֶשׁ, *asser, tabulatum.* Ez. XXV 6. τὰ ἱερά σου. Legerunt cum Dal קֹדֶשׁ. Fortasse tamen pro ἱερὰ ponendum ζυγὰ, h. e. *transtra fecerunt ex ebore.* 3 Esdr. VIII. Hebr. בֵּית אֱלֹהִים Esdr. X. Confer quoque 3 Esdr. IX. 1. 6. Esdr. X. 6. 9.

a ʼΙΕΡΟΣΤΑ'ΤΗΣ, *sacrorum antistes, templi curator*. 3 Esdr. VII. 2. τοῖς πρεσβυτέροις καὶ ἱεροστάταις.

*ʼΙΕΡΟΣΥ'ΛΗΜΑ, *sacrilegium*, et *scelus atrox quodcunque*. 2 Macc. IV. 39. γενομένων δὲ πολλῶν ἱεροσυλημάτων. Hesych. ἱεροσυλημάτων, τῶν κλεπτῶν τοῦ ἱεροῦ.

ʼΙΕΡΟΣΥΛΙ'Α, *sacrilegium, peculatus*. 2 Macc. XIII. 6.

b ʼΙΕΡΟ'ΣΥΛΟΣ, *sacrilegus*. 2 Macc. IV. 42. Hesych. ἱερόσυλος, τὰ ἱερὰ κλέπτων.

*ʼΙΕΡΟΥΡΓΙ'Α, *rei divinæ peractio, sacrificium*. 4 Macc. III. 30. εἰς τὴν ἱερουργίαν, *ad sacrificiorum usum*. Pollux Onom. I. 29.

*ʼΙΕΡΟΥΣΑΛΗ'Μ. Ies. LXVI. 23. ubi verba ἐν Ἱερουσαλὴμ a textu Hebr. prorsus absunt, licet in Græ-
c cis libris ubique appareant, et inde ad Latinam antiquam et Arabicam versionem transierint. Conf. Starck. Carmina Davidis p. 180. Baruch. IV. 8. Hierosolyma pro ecclesia Judaica ponitur, quæ l. l. cum matre comparatur, in cujus sinu et gremio alebantur ac fovebantur Judæi.

ʼΙΕΡΟΨΑ'ΛΤΗΣ, *sacrorum cantor*,
d *musicæ sacræ præfectus*. 3 Esdr. I. 15. V. 46. In utroque loco respondet Hebr. מְשֹׁרֵת, quod est in textu Hebr. 2 Par. XXXV. 15. et Esdr. II. 70. Adde Joseph. A. J. XII. 3. 3. et Schmidt. de Sacerdot. et Sacrif. Ægypt. p. 169. seq.

*ʼΙΕΡΟ'ΨΥΧΟΣ, *divinum animum habens*. 4 Macc. XVII. 4.

ʼΙΕ'ΡΩΜΑ, *sacrificium, res sacra-
e ta*. 2 Macc. XII. 40. Hesych. ἱερώματα, θυσίαι θεῖαι, θαυμασταί.

ʼΙΕΡΩΣΥ'ΝΗ, *sacerdotium*. כֹּהֵן, *sacerdos*. 1 Par. XXIX. 22. Vide et 3 Esdr. V. 60. 1 Macc. II. 54. III. 50. VII. 9.

ʼΙΕΣΣΑΙ'ΜΟΥ et ʼΙΕΣΣΕΜΟΥ'Ν, vel juxta al. ἰεσσιμοῦν. Ipsa vox Hebr. יְשִׁימוֹן, *solitudo, desertum*. 1 Sam. XXIII. 19. XXVI. 1. Unde Glossæ veteres: *Isimim, desertus*. f

*ʼΙΗΣΟΥ'Σ. יֵשׁוּעַ, *salus*. Vera. Sexta Hab. III. 13. ubi legendum est διὰ Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ σου loco διὰ Ἰησοῦν τὸν Χριστόν σου, ut Montfauconius recte jam monuit. Sunt autem hæc verba a manu Christiana. Sirac. XLIII. 25. Vide ad h. l. Joh. Henr. a Seelen Diss. Philol. de Jesu in Jesu Siracide frustra Quæsito ad Eccles. XLIII. 25. (Lubec. 1724. g
4.), ubi docuit, loco Ἰησοῦς reponendum esse νῆσος, ut habent Compl. Basil. et aliæ.

ʼΙΚΑΝΟ'ΟΜΑΙ, οὖμαι, *sufficio, sufficiens sum*. דָּבַב, *repo, irrepo*. Cant. VII. 9. Non autem legerunt רַב (aut רוֹבֵב, quæ fuit sententia Cappelli Crit. S. pag. 518.), *multum*, et: *id quod satis est*, ut plerique existimarunt, sed ἱκανούμενον dicitur h. l. vinum, quod sufficiens judicatum h
et quasi exploratum est, per labia ac dentes leniter repens. Solent enim potatores sorbillare vinum ad idolem ejus ad virtutem explorandam. Michaëlis in Supplem. p. 386. legere mavult κινούμενος. Grotio דּוֹבֵר legisse videntur. — דִּבֵּר, Pih. *loquor*. 1 Reg. XX. 11. ἱκανούσθω νῦν, *satis nunc est verbum*. Ita interpretati sunt דַּבְּרוּ, quod h. l. notat *dicite*, scil. Domino vestro. — רַב, *multum*. i
Num. XVI. 7. ἱκανούσθω ὑμῖν, *satis vobis sit*, s. *sufficiat vobis*. Schol. ἀρκείτω. Vide et Deut. I. 6. II. 3. III. 26. 1 Par. XXI. 15. et confer 2 Cor. III. 6. — קָטֹנְתִּי, *parvus sum*. Al. Gen. XXXII. 10. ἱκανοῦταί μοι ἀπὸ πάσης δικαιοσύνης, h. e. *indignus sum omnibus his beneficiis*. LXX ἱκανούσθω μοι. Addit. Esth. c. IV. οὐχ ἱκανώθησαν, non *contenti fuerunt*, sc. inimici.

ʼΙΚΑΝΟ'Σ, *sufficiens, idoneus, dignus, multus, omnipotens*. אִישׁ דְּבָרִים, *vir verborum*, i. e. *eloquens, facundus*.

a Ex. IV. 10. Sensum expresserunt. — בַּדָּיו, plur. constr. ex בַּד, *vectis*. Jer. XLVIII. 30. Hic legerunt procul dubio בְּדֵי, aut, ut aliis placet, בְּדִיו, nam דַּי est ἱκανόν. — דַּי: דֵּי. Lev. V. 7. XII. 8. Prov. XXV. 16. Ies. XL. 16. Ad hanc vocem pertinet quoque ἱκανὸν Deut. I. 1. quod in Cod. Paul. Lips. Aqu. tribuitur. — בְּדֵי. Nah. II. 12. Hab. II. 13. — חֹק,
b *statutum*. Symm. Prov. XXX. 8. διάταξόν μοι δίαιταν ἱκανήν, ordina mihi victum *sufficientem*. — כְּדֵי. Levit. XXV. 26. — מִדֵּי. Exod. XXXVI. 6. 1 Sam. XVIII. 30. — לְמַדַּי. 2 Paral. XXX. 3. οὐχ ἡγνίσθησαν ἱκανοί, non *satis* se purgaverant. — הוֹן, *sufficientia*. Prov. XXX. 15. — מְעַט, *parum*. Genes. XXX. 15. Ezech. XXXIV. 18. —
c נִקַל, part. Niph. a קָלַל, *levis*. 1 Reg. XVI. 31. — רַב, *multus*. 2 Sam. XXIV. 16. sec. Complut. Ezech. I. 24. ὡς φωνὴν ὕδατος ἱκανοῦ, tanquam vocem aquæ multæ. Cf. 1 Macc. XIII. 49. XV. 26. 32. et Luc. VIII. 27. Hesych. ἱκανήν, ἀρκοῦσαν, πολλήν. — שַׁדַּי, *omnipotens*, ac si esset a דַּי. Ruth. I. 20. ὁ ἱκανός, scil. Θεός, Deus sufficiens vel
d potens, omnipotens. Hinc apud veteres auctores ecclesiasticos (v. c. Euseb. Demonstr. Evang. p. 240.) Deus sæpe ἱκανὸς vocatur. Adde Job. XXXI. 2. XXXIX. 32. Ez. I. 24. Al. Job. VI. 4. Aqu. Ex. VI. 3. ἐν τῷ θεῷ ἱκανῷ. Symmach. Joël. I. 15. Aqu. Symm. Ezech. I. 24. ὡς φωνὴν θεοῦ ἱκανοῦ. Hieronymus ad h. l.: *Saddai Aqu.*
e *Symm. et Theodotio* ἱκανὸν *transtulerunt, quod fortem potentemque significat.* Apud Hesychium exponitur δύναμις, ἰσχύς. Conf. Drusium in Fragm. pag. 134. Job. XXI. 15. τί ἱκανός; Hesychius, qui habet τί ἱκανόν, τί ὄφελος, Heinsio h. l. τί ἱκανὸν legisse videtur, quia sequit[ur] τίς ὠφέλεια. Sed obstat textus He[braicus]. 1 Macc. II. 33. ἕως τοῦ ν[ῦν] ἱκανόν, *sufficit* huc usque. Con[f.] Luc. XXII. 38. et Heinsium ad l. l.

'ΙΚΑΝΟ'Σ ΕἸ'ΜΙ', *sufficiens sum, par sum*. הֵכִיל, Hiph. a כּוּל, *sustineo*. Joël. II. 11. — קָטֹן, *parvus sum*. Inc. et LXX Gen. XXXI[I.] 10.

'ΙΚΑΝΩ'Σ, *sufficienter*. *אָז, *tun[c]*. Job. IX. 31. ubi tamen mihi videtur hoc adverbium de suo addidisse. — שַׁדַּי. Job. XXI. 15. sec. Ald. sed ibi ἱκανὸς reponendum est. 3 Macc. I. 5. ἱκανῶς ἐπιπορευσαμένη, *multum* discursitans. Conf. Luc. VII. 11. 12. Hesych. ἱκανῶς, δυνατῶς, ἀρκετῶς.

*'ΙΚΕΣΙ'Α, *supplicatio, preces supplices*. תְּחִנָּה, *deprecatio*. Symm. Psalm. CXVIII. 170. teste Origene Tom. II. Opp. ed. Paris. p. 81[?] 2 Macc. XII. 42. sec. cod. Alex. ubi alii libri ἱκετεία habent. Phrynich. ἱκεσία, καὶ τοῦτο ἀδόκιμον· ἱκετεία δέ. Legitur vero sæpius apud Lucianum v. c. de Dea Syra Tom. III. p. 469. ed. Reitz. et Tom. I p. 179. Hesych. ἱκεσίας, πρεσβεία, ἱκετηρίας, παρακλήσεις, δεήσεις.

'ΙΚΕ'ΣΙΟΣ, *supplicatorius*. Vid. in v. ἱκούσιος.

'ΙΚΕΤΕΙ'Α et 'ΙΚΕΤΙ'Α, *supplicatio*. Sirac. XXXV. 14. LI. 1[9]. 2 Macc. III. 18. VIII. 29.

'ΙΚΕΤΕΥ'Ω, *supplico, supplex oro*. הִתְחוֹלֵל, Hithp. a חוּל, *exspecto*. Symm. et LXX Ps. XXXVI. 7. Sensum secuti sunt. Qui exspectat auxilium divinum, is quoque Deum precibus adit, eique supplicat, a[c] supplicantis desiderium intensum esse solet. Starckio in Carmin. Dav. p. 114. cum Syro derivasse videntur a חָלָה, *oravit*. — הִתְחַנֵּן, Hithp. Symm. Psalm. XXIX. 8

a ἱκετεύω. — *עֲתָרַי, *Hatharai.* Nomen proprium. Symm. Soph. III. 10. ἱκετεύοντά μοι. עָתָר est *supplex, suppliciter orans.* — רוּחַ זָרָה, *spiritus* vel *halitus alienus.* Job. XIX. 17. Ita putarunt רוּחַ h. l. explicandum esse ob sequentia. Vide ad h. l. Dathium.

'ΙΚΕΤΗΡΙ'Α, *supplicatio.* דִּבֵּר, Pih. *loquor.* Al. Job. XL. 22. Cf.
b 2 Maccab. IX. 18. et Hebr. V. 7. Hesych. ἱκετηρία, παράκλησις. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἱκετηρία, παράκλησις, ἱκεσία.

'ΙΚΕΤΗΡΙ'Σ, *supplex.* דִּבֵּר, Pih. *loquor.* Job. XL. 22. Orph. Hymn. in Apoll. v. 27. ἱκετηρίδι φωνῇ.

'ΙΚΕ'ΤΗΣ, idem. *צֹרֵר, *hostis.* Ps. LXXIII. 23. ubi loco ἱκετῶν legendum videtur ἐχθρῶν. Vulgat.
c *inimicorum tuorum.* Fortasse tamen illi ex aliis locis transtulerunt nec textum Hebr. accurate inspexerunt. Conf. Sir. XXXI. 16. — קְדֹרַנִּית, *atrate.* Malach. III. 14. Mœsti et lugentes atrati incedere solebant, ergo etiam supplicantes. Sir. IV. 4. ἱκέτην θλιβόμενον μὴ ἀπαναίνου, afflictum *supplicem* ne respuas. Hesych. ἱκέτην, πρόσφυγον, ἀξιοῦν-
d τα, δεόμενον. Lexicon Cyrilli MS. Brem. ἱκέται, πρόσφυγοι. Idem: ἱκετῶν, δεομένων. Suidas: ἱκέτης, ὁ δουλοπρεπῶς παρακαλῶν, καὶ δεόμενος παρά τινος ἐκείνου.

'ΙΚΕΤΙΚΟ'Σ, *supplicatorius.* נַעְתָּרוֹת, part. *deprecanda, precibus avertenda.* Aqu. Prov. XXVII. 6. ἱκετικά.

'ΙΚΜΑ'Σ, *humor, gutta, stilla*
e *parva.* יוּבַל, *fluvius.* Jer. XVII. 8. ἐπὶ ἰκμάδα βαλεῖ τὰς ῥίζας αὐτοῦ, ad *humorem* diffundit radices suas. Confer Luc. VIII. 6. et ad h. l. Ottii Spicil. ad N. T. e Josepho p. 149. — שֶׁמֶץ, *particula.* Job. XXVI. 14. ἐπὶ ἰκμάδα λόγου, ad *guttam* (h. e. *exiguam particulam*) sermonis. Potest tamen שֶׁמֶץ h. l. in ea notione accipi, ut sit *susurrus, sonus tenuis, qualis de longinquo non* f *auditur,* ψιθυρισμὸς, ut Symmachus bene transtulit, cum quo stilla parva, quæ etiam de longinquo non auditur, bene comparari poterat. Vide quoque Schultensii Opera Minora pag. 12. Hesych. ἰκμάδα, σταγόνα, ὑγρασίαν. Idem: ἰκμὰς, νοτὶς, ὑγρασία, ὑγρότης, ὑγρὰ σταγών.

'ΙΚΤΕΡΟΣ, *icteritia, ardor, morbus regius, aurigo,* Germ. **die gelbe** g **Sucht**, *the jaundice.* יֵרָקוֹן, *rubigo.* 2 Par. VI. 28. Jer. XXX. 6. ἐστράφησαν πρόσωπα εἰς ἴκτερον, conversæ sunt facies in *auriginem.* LXX et οἱ λοιποὶ Amos IV. 9. 1 Reg. VIII. 37. sec. cod. Alex. Conf. Simonis Lex. Hebr. p. 748. — קַדַּחַת, *febris ardens,* aut *tabifica, quæ consumit ossa, ardor osseus.* Levit. XXVI. 16. ubi *icterum* ab igneo h colore, quem imitatur, dictum putasse videntur. Hesych. ἴκτερος, πόνος ὠχροειδὴς ἀπὸ θυμοῦ ἐπεγειρόμενος. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἰκτεριᾷ καὶ ἴκτερος. γίνεται δὲ ἀπὸ ξανθῆς χολῆς, ἢ πλεονάσασα καὶ πυρωθεῖσαι εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐξωθεῖται καὶ ἀναχέεται. κἀντεῦθεν τῷ ἰκτεριῶντι ἡ ὠχρίασις. Idem: ἴκτερος, λέγουσιν εἶναι πόνον ὠχροειδῆ ἀπὸ θυμοῦ ἐγειρόμενον, ὥστε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν κεκρατημένων ὠχροὺς καὶ μέλανας ποιεῖν, ὡς καὶ τῶν ἰκτίνων, ἀφ' οὗ καὶ i καλεῖται. Lex. Cyrilli MS. Barocc. ἴκτερος, νόσημα ὠχροποιόν. Conf. quoque Suidam in h. v.

*'ΙΚΤΗ'Ρ, i. q. ἴκτερος. קַדַּחַת, *febris ardens* et *tabifica.* Levit. XXVI. 16. sec. Vat.

*'ΙΚΤΙ'Ν, *milvus* s. *milvius.* אַיָּה, *pica.* Lev. XI. 14. ἰκτῖνα sec. codd. Holm.

'ΙΚΤΙΝΟΣ, *milvus.* אַיָּה, *pica.* Levit. XI. 14. Sed videntur ibi voces inversæ esse, ut ad דַּיָּה potius pertineat. Deut. XIV. 13. sec.

a Vat. — חֲסִידָה, *ciconia*. Symm. Ps. CIII. 17. Jer. VIII. 7.

ἹΛΑ´ΖΩ, *expio, placo*. חִטֵּא, Pih. idem. Inc. Lev. VI. 26. ἱλάζων sec. codd. Lips. et Coisl. Adde ex iisdem codd. Inc. Lev. IX. 15.

ἹΛΑΡΕΥ´ΟΜΑΙ, *exulto*. הֵגִיל, Hiph. a גִּיל, idem. Symm. Cant. I. 4. ἱλαρευσόμεθα. — פָּצַח, *persono*, quod et de vocibus lætis pariter ac
b querulis adhibetur. Ies. XLIX. 13. ἱλαρεύσηται.

ἹΛΑΡΟ´Σ, *hilaris*. ΤΟ` ἹΛΑΡΟ´Ν, *hilaritas, vultus hilaris*. רָצוֹן, *benevolentia, quæ se vultu hilari exserit*. Prov. XIX. 12. τὸ ἱλαρὸν αὐτοῦ, scil. πρόσωπον. Vulg. *hilaritas*. Legitur præterea Job. XXXIII. 26. ἐν προσώπῳ ἱλαρῷ, facie hilari, scil. quia votorum suorum compotes jam se
c factos esse credebant: ubi ἱλαρῷ est merum additamentum ob antecedentia necessarium. Sir. XXVI. 4. πρόσωπον ἱλαρόν. Hesych. ἱλαρὸς, περιχαρὴς τῇ ὄψει.

ἈΝΗ`Ρ ἹΛΑΡΟ`Σ ΚΑΙ` ΔΟ´ΤΗΣ, *vir hilaris et dator*. טוֹב עַיִן, *bonus oculo*. Prov. XXII. 9. ἄνδρα ἱλαρὸν καὶ δότην, h. e. *qui hilari vultu et bono animo dat*. Huc respicit procul
d dubio Paulus 2 Cor. IX. 7. Conf. et Sir. XXXV. 8. 9. et Rom. XII. 8.

ἹΛΑΡΟ´ΤΗΣ, *hilaritas*, etiam per metonymiam *illud ipsum, quod hilarem reddit*. רָצוֹן, *beneplacitum*, h. l. *benevolentiæ ac favoris signum*. Prov. XVIII. 22. ubi ἱλαρότης notat *id quod lætitia et gaudio liquido perfundit*. Vide s. v. εὐδοκία et θέλησις.

e ἹΛΑΡΟ´Ω, *exhilaro, hilarem reddo*. Sirac. VII. 25. XXXV. 8. XLIII. 27.

ἹΛΑΡΥ´ΝΩ, idem. הִצְהִיל, Hiph. *hinnire facio*. Ps. CIII. 17. *Hinnitus* in equo hilaritatis judicium est. Eodem modo vultus lætitiam proclamat, oleo vel unguentis delibutus. — עָלַץ, *exulto*. Symm. Ps. XXVII. 10. ἱλαρύνθη. — פָּצַח, *rumpo vocem, erumpo in jubila*. Symm. Ies. LII. 9. ἱλαρύνθητε. Causa ponitur pro effectu. Ibid. LIV. 1. Vide et Sir. XXXVI. 22.

ἹΛΑΡΩ͂Σ, *hilariter*. פָּנִים, *facies*. Job. XXII. 26. ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἱλαρῶς. Sed ibi ἱλαρῶς potius de suo addidisse videntur, ut נָשָׂא פָּנִים per ἀναβλέπειν expresserint.

ἹΛΑ´ΣΚΟΜΑΙ, *propitior, propitius reddor et sum, condono, placor*. *חִטֵּא, *expio, placo*. Theod. Lev. VI. 26. ἱλασκόμενος, expians peccata sc. oblatis sacrificiis. Habere חִטֵּא hanc significationem satis notum est. LXX ὁ ἀναφέρων. Vulg. *qui offert*. — כִּפֵּר, Pih. Ps. LXXVII. 42. ἱλάσκεται ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν, *propitius reddebatur* peccatis eorum, vel: *condonabat* peccata illorum. Vide et Ps. LXIV. 3. LXXVIII. 9. — נִחַם, Niph. *pænitet*. Exod. XXXII. 13. ἱλάσθη κύριος περὶ τῆς κακίας, vel, ut al., ἐπὶ τῇ κακίᾳ, *placabatur Dominus, ne faceret malum*. — סָלַח, *condono*. 2 Reg. V. 18. ἱλάσεται ὁ κύριος τῷ δούλῳ σου, *propitius sit* Dominus servo tuo. Psalm. XXIV. 12. ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου, *condona* peccatum meum. Dan. IX. 19. κύριε, εἰσάκουσον, κύριε, ἱλάσθητι, Domine, exaudi, Domine, *propitius sis*. Zonaras Lex. col. 1105. ἱλάσθητι, ἵλεώς μοι γένου. Confer Luc. XVIII. 13. et ad h. l. auctores citatos Wolfio p. 728. Sic etiam consueta erat Gentilium, seu Orphicis seu Homericis vel Homeridarum hymnis, precandi formula, ἵληθι, κλῦθι, ἔρχου ἵλαος, ac prout apud Latonam in iisdem Orphicis conjunctim dicitur: Κλῦθι, θεὰ δέσποινα, καὶ ἵλαον ἦτορ ἔχουσα. Ac ita circa finem Ἀδωνιαζουσῶν apud Theocrit. Idyll. XV. ver. 143. ἵλαθι νῦν, φίλ' Ἄδωνι: ubi grammatici: ἵλαθι ἀντὶ

ἱλάσθητι, κατὰ ἀποκοπὴν Δωρικῶς. Eadem formula usi etiam passim Romani in supplicationibus et sacrificiis, ut: *precor te, Jupiter, uti mihi volens propitius sies.* Vide Ez. Spanhemii Obss. ad Callim. H. in Cerer. v. 139. — *נָשָׂא. Symm. Ies. I. 14. — *רָפָה, *remitto, cesso, desisto.* Inc. Ps. XLV. 11. ἱλάσθητε pro הַרְפּוּ, h. e. cessate, desistite, sc. a bello inferendo Israëlitis. Deduxit a רָפָא, *mederi,* quod haud raro de *remissione peccatorum* adhibetur. Semlero ἱλάσθητε ex ἰάσθητε, quod habet h. l. alius interpres, ortum esse videtur. — *רָצָה, *gratum, acceptum habeo.* Samar. Lev. XXVI. 43. Vulg. *rogabunt.* — שׁוּב, *redire facio.* Deut. XXX. 3. Scil. captivitas erat pœna, adeoque reductio e captivitate remissio peccatorum recte dici poterat.

ἹΛΑΣΜΟ'Σ, *propitiatio, expiatio,* it. *condonatio,* ac *sacrificium, quo peccatum expiatur.* אַשְׁמַת, *delictum.* Amos VIII. 14. οἱ ὀμνύοντες κατὰ τοῦ ἱλασμοῦ Σαμαρείας, jurantes per *expiationem* Samariæ. Legerunt בְּאָשָׁם (coll. Ies. LIII. 10. Lev. V. 15.), aut voci אַשְׁמַת hujus notionem subjecerunt. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἱλασμοῦ, διαλλαγῆς ἢ εὐμενείας, pro quo Gloss. MS. in Proph. vitiose habet: ἱλασμὸς, διαλλαγῆς εὐμενεία. — חַטָּאת, *sacrificium pro peccato.* Ezech. XLIV. 27. προσοίσουσιν ἱλασμὸν, offerent *sacrificium pro peccato.* Inc. Lev. IV. 8. Conf. 1 Joh. II. 2. — כִּפֻּרִים, plur. *expiationes.* Num. V. 8. πλὴν τοῦ κριοῦ τοῦ ἱλασμοῦ, δι' οὗ ἐξιλάσεται, præter arietem *expiationis,* per quem expiabitur. — סְלִיחָה, *condonatio.* Ps. CXXIX. 4. παρά σοι ἱλασμός ἐστιν, apud te *condonatio* est. Vide et Dan. IX. 9. 2 Macc. III. 33. ποιουμένου δὲ τοῦ ἀρχιερέως τὸν ἱλασμὸν, cum autem faceret summus sacerdos *expiationem.* Hesych. ἱλασμὸς, εὐμένεια, συγχώρησις, διαλλαγὴ, καταλλαγὴ, πραότης. f

ἹΛΑΣΤΗ'ΡΙΟΝ, scil. ἐπίθεμα, (quod additur Exod. XXV. 17. et XXXVII. 6. ubi tamen forte duplex interpretatio, ut alibi interdum, in unam conflata est.) *operculum propitiatorium.* *כֹּפֶר, *bitumina.* Symm. Gen. VI. 14. ἱλαστηρίῳ. In mente habuit vocem כַּפֹּרֶת, si lectio sana est. Cod. Mosqu. habet ibi ἱλαστήριον, quod rectius videtur. — g כַּפֹּרֶת, *operculum propitiatorium.* Ex. XXV. 17. 18. 19. 20. ἐπιθήσεις τὸ ἱλαστήριον ἐπὶ τὴν κιβωτὸν, *operculum propitiatorium* superimpones arcæ. Vide et Exod. XXX. 6. XXXI. 7. et alibi sæpius. Adde Philonem Lib. III. de Vit. Mosis p. 668. ubi pariter ἐπίθεμα ἱλαστήριον. — כַּפְתּוֹר, *globus.* Amos IX. 1. Haud dubie hic legerunt literis transpositis h כַּפֹּרֶת, aut in imperitia ita legendum putarunt. Ita quoque Itala. In aliis libris legitur θυσιαστήριον. — עֲזָרָה, *atrium, crepido altaris,* sive: *spatium, in quo sacerdotes circa altare obambulare poterant.* Ez. XLIII. 15. 17. 20. Hesych. ἱλαστήριον, καθάρσιον, θυσιαστήριον. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἱλαστήριον, θυσιαστήριον, ἐν ᾧ προσφέρει (forte προσφέρεται legendum) i περὶ ἁμαρτιῶν. Hoc sensu LXX vocem accepisse videntur Ezechielis locis citatis.

ἹΛΑΣΤΗ'Σ, *propitiator, reconciliator.* סָלַח, *condonator.* Aquila Theod. Ps. LXXXV. 4.

ἹΛΑΤΕΥ'Ω, *expio.* חָטָא, Pih. idem. Samar. Lev. VIII. 15. ἱλάτευσεν, ut reponendum est pro ἵλασεν (quod sine nomine Int. e Cod. Coisl. protulit Montfauc.), ut patet e Scholio allato ad c. VIII. 15. — *סָלַח, *propitius sum, condono, remitto.* Dan. IX. 18. sec. cod. Chis. σὺ ἱλάτευσον. Cæterum hæc vox est

a ex rarissimis. Compositum εὐϊλατεύω vide supra.

ἽΛΕΩΣ, adjectivum Atticum pro ἵλαος, *propitius, facilis, clemens,* it. in formulis deprecandi, idem quod *absit.* חָלִילָה seq. לְ, *absit.* 1 Sam. XIV. 46. ἵλεως, ζῇ κύριος, εἰ πεσεῖται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς θρὶξ ἐπὶ τὴν γῆν, *absit,* per vitam Domini, ut cadat a capite ejus capillus in terram. 2 Sam. XX.
b 20. ἵλεώς μοι, ἵλεώς μοι, εἰ καταποντιῶ καὶ εἰ διαφθερῶ, *absit, absit,* ut pessundem et destruam. Ibid. XXIII. 17. ἵλεώς μοι, κύριε, τοῦ ποιῆσαι τοῦτο, absit, Domine, ut hoc faciam. Conf. 1 Macc. II. 21. et Matth. XVI. 22. LXX alias pro eo habent μὴ γένοιτο. Vide supra in μὴ γένοιτο s. v. γίνομαι. 1 Par. XI. 19. ἵλεώς μοι ὁ θεὸς (sc. εἴη) τοῦ ποιῆσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο, *propi-*
c *tius mihi sit Deus,* h. e. *avertat Deus,* vel *absit,* ut hoc faciam. Patet ex h. l., quod in reliquis ἵλεώς σοι vel ἵλεως ὑμῖν positum sit ἐλλειπτικῶς pro ἵλεώς σοι vel ὑμῖν εἴη ὁ θεός. Sic quoque Aristænetus Lib. II. Ep. 13. οὕτως ἵλεώς μοι εἴη Ἀφροδίτη. Confer Maii Obss. SS. Lib. III. pag. 61. Fischerum de Verss. Gr. V. T. p. 114. ac Lex. N. T. s. h. v.
d — מְרַחֵם, part. Pih. *miserens.* Οἱ Γ et LXX Ies. LIV. 10. εἶπε γὰρ ἵλεώς σοι κύριος, scil. ὤν, dixit enim, qui *propitius* tibi est, Dominus. — שָׁלוֹם, *pax.* Gen. XLIII. 23. ἵλεως ὑμῖν, μὴ φοβεῖσθε, *propitius* vobis sit Deus, ne timeatis.

ἽΛΕΩΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *propitius fio* vel *sum.* כִּפֵּר Pih. Deut. XXI. 8. ἵλεως γινοῦ τοῦ λαοῦ σου Ἰσραὴλ, *propi-*
e *tius* sis populo tuo Israël. — נִחַם Niph. *pœnitet.* Exod. XXXII. 11. — נָשָׂא, *condono.* Num. XIV. 19. — סָלַח, idem. Amos VII. 2. — נֶעְתַּר Niph. *exoratus sum.* Al. 2 Sam. XXIV. 25. ἵλεως ἐγένετο. Vide et 2 Macc. II. 23. VII. 37. Eadem phrasis alias etiam apud scriptores Græcos occurrit. V Maii Obss. Sacr. Lib. III. p. seq.

ἽΛΕΩΣ ΕἸΜΙ', *propitius s* סָלַח, *condono.* Num. XIV. 1 Reg. VIII. 34. 50. et alibi sæp

ἼΛΗ, pro εἴλη, *agmen, turma s aginta equitum.* 2 Macc. V. 3. ἵ ἵππων διατεταγμένων, *turmas* equit ordinatorum. Lex. Cyrilli I Brem. ἴλη, ἡ στρατιωτικὴ τάξις. S das: ἴλας, ἀγέλας ἢ τάξεις. καὶ ἰλ χας, ταξιάρχας. ἴλη γὰρ ἡ συστρ καὶ τάξις ὄχλου ἱππικοῦ.

ἸΛΥ'Σ, *limus, cœnum, lutum.* idem. Ps. XXXIX. 2. ἀπὸ πη ἰλύος, ex luto fæcis, h. e. profun simo et paludoso: ubi vitiose Cod. Alex. ὕλεως legitur. Psa LXVIII. 2. Lex. Cyrilli MS. Br ἰλὺς, πηλὸς βορβορώδης. Hesych. ἰλ ὑλώδους, ὑποστάθμης. Idem: ἰλὺς, λὸς, ὑποστάθμη.

ΚΑ'ΡΠΙΜΟΣ, *fructiferus*. *טֶרֶף, *præda*. Theod. Psalm. LXXV. 5. Scilicet טֶרֶף etiam *escam, cibum* in universum notat, ut multis docuit Simonis Lexic. Hebr. p. 658. Ex Rosenmülleri sententia טֶרֶף *folium* h. l. significat, ut Ezech. XVII. 9.
b — פְּרִי, *fructus*. Gen. I. 11. ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπόν. Eadem verba leguntur quoque ibid. v. 12. ubi nihil est in textu Hebr.

ΚΑΡΠΟ'ΒΡΩΤΟΣ, proprie: *fructum exesum habens*, deinde: *fructum esculentum ferens*, seu: *qui fructus ad edendum aptos profert*. מַאֲכָל, *cibus*. Deut. XX. 20.

*ΚΑΡΠΟ'ΟΜΑΙ, *fructum percipio,*
c *colligo, fruor*. אָכַל מִתְּבוּאַת, *edo de proventu*. Jos. V. 12. ἐκαρπώσαντο sec. Oxon. et Ald.

ΚΑΡΠΟ'Σ, *fructus*, it. *junctura manus*, et *manus*. אֵב, *fructus recens*. Al. Cant. VI. 10. — אִנְבָּא, Chald. Dan. IV. 9. 18. 11. — בִּכּוּרִים, plur. *primitiæ*. Nah. III. 12. ubi καρποὶ *fructum ficus* notat. — זִמְרָה, *cantus*, it. *res decantata, laudatissi-*
d *ma*, h. l. *optimæ fruges*. Genes. XLIII. 11. — יְבוּל, *proventus*. Deut. XI. 17. Psalm. LXVI. 5. LXXVII. 51. Adde Jud. VI. 4. sec. Vat. — יָד, *manus*. Prov. XXXI. 20. καρπὸν δὲ ἐξέτεινε πτωχῷ, *manum* autem extendit pauperi. De hac potestate vocis καρπὸς vide Pearsoni Præf. Parænet. Advers. Alex. Gataker. Cinn. I. 6. extr. Confer
e quoque s. כַּף. — יִצְהָר, *oleum*. Jer. XXXI. 12. ubi καρπὸς *fructum oleæ* notat, sicut Nahum. III. 12. *fructum ficus*, aut genus pro specie posuerunt, quod tamen minus probabile est. — כַּף, *manus*. Psalm. CXXVII. 2. τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου. Vulgat. *manuum tuarum*. Didymus: καρποὺς φησὶ νῦν ὡς ἀπὸ μέρους τὰς χεῖρας. Theodoretus ad 1 Sam. V. 4. Οἱ ὁ καρπὸν οὐ τὴν ἐπικαρπίαν f ἐκάλεσαν, ἀλλὰ τὸ μορίον τῶν χειρῶν. Quo sensu etiam, ut ibid. observatur, occurrit 1 Sam. V. 4. Sic etiam Aristoteles Part. I. de Part. Anim. τὸν καρπὸν ἄρθρον εἶναι τῆς χειρὸς καὶ βραχίονος docet. Confer Drusium Miscell. Cent. I. cap. 26. et supra s. יָד. — *עַוְלָה, *iniquitas*. Inc. Hos. X. 13. Ita vertit metaphoræ continuandæ causa, nam עַוְלָה notat h. g
l. *pœnas iniquitatis*, quæ sæpe καρποὶ τῆς ἁμαρτίας dicuntur in SS. Vide Lex. N. T. s. h. v. — *עֵת, *tempus*. Ps. IV. 8. ubi loco καρποῦ Grabius substituit καιροῦ, quam lectionem Hebræo conformem et Origenis auctoritate confirmatam Augustinus quoque et Cassiodorus produnt. Sed primo nullius antiqui codicis auctoritate munitur hæc ad textum h
Hebraicum emendata lectio; deinde, teste Scholio in Vat., non modo LXX, sed etiam tres reliqui Intt. GG. habent τοῦ καρποῦ; denique hæc ipsa interpretatio non aliena est ab ingenio LXX Intt., qui in explicandis locis difficilioribus haud raro suum interposuerunt judicium, ita ut non semper Hebr. veritati inhærerent, ut h. l. quoque ab illis factum videtur. Cæterum καιροῦ pro καρποῦ i
legendum esse etiam post Drusium (Lib. III. Quæst. Ebr. Quæst. 21.) Montfauconius conjecit, qui ad auctoritatem Vulg. et Arab. provocat. — *פֶּה, *os*. Hos. X. 12. Legerunt לִפְרִי חַיִּים. — פְּרִי, *fructus*. Ps. CXXXI. 11. ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου, ex fructu ventris tui, h. e. unum ex te natum. Vide Rosenmüllerum ad Psalm. CXXVIII. 2. Vide et Gen. XXX. 2. Thren. II. 20. Mich. VI. 7. et conf. Luc. I. 42. ac auctores Wolfio ad h. l. p. 565. allega-

στος. Prov. XII. 15. ἀπὸ καρπῶν στόματος, de fructibus oris, h. e. de sermonibus. Vide et Prov. XVIII. 20. et XXXI. 31. ἀπὸ καρπῶν χειλέων αὐτῆς, et alibi sæpius. — פֹּרִיָּה, part. fœm. Kal a פָּרָה, *fructifera*. Ezech. XIX. 10. — פָּרִים, plur. ex פַּר, *juvenci*. Jerem. L. 27. Derivarunt a פְּרִי. Idem valet fortasse de loco Hos. XIV. 3. coll. Ebr. XIII. 15. ubi tamen verosimilius est eos sensum expressisse. Pocockius in Not. Miscell. c. 4. p. 70. conjicit, LXX vertisse καρπὸν, h. e. κάρπωμα, *holocaustum*, quia hoc plerumque fieri solebat e juvencis. Confer quoque Bocharti Hieroz. T. I. p. 449. ed. rec. — *קָצִיר, *messis*. Hebr. Int. Job. XIV. 9. ἀπὸ τοῦ πράγματος ποιήσει καρπὸν, fructus actionum suarum reportabit ac percipiet. Bene quoad sensum. — *רִי, *irrigatio*, s. *copiosa pluvia*, qua Deus h. l. dicitur onerare nubes, a רָוָה, *rigare*. Symm. Job. XXXVII. 11. ubi pro בְרִי legit פְּרִי. Vulg. *frumentum desiderat nubes*. — תַּאֲוָה, *desiderium*. Prov. XIX. 22. καρπὸς ἀνδρὶ ἐλεημοσύνη. Vulgo statuunt, eos תְבוּאַת legisse, aut ab אָבָה derivasse. Sed תַּאֲוָה h. l. notat potius *rem, quæ desideratur*, aut *quod cupimus et desideramus in homine*, adeoque bene per καρπὸς, *fructus desiderabilis* s. *præmia exoptata*, explicari poterat. — תְבוּאָה, *proventus*. Levit. XXV. 3. Prov. III. 9. ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης, primitias totius tui *proventus* ei offer. Prov. XVIII. 20. ἀπὸ δὲ καρπῶν χειλέων ἐμπλησθήσεται, fructibus labiorum suorum satiabitur. Ibid. X. 17. καρποὶ δὲ ἀσεβῶν ἁμαρτίαι, fructus impiorum peccata, h. e. injustus proventu suo peccat. — *תְבוֹאַת, fut. fœm. Kal a בּוֹא, *veniet*. Job. XXII. 21. Hic legerunt תְּבוּאָה. — תְּנוּבָה, *proventus*. Ies. XXVII. 6. Sap. III. 13. ubi καρπὸς de *liberis* dicitur, coll. v. 15. Sirac. XI. 5. mel dicitur apium καρπός. Hesych. καρπὸς, τὸ ἄρθρον τῆς χειρὸς καὶ σῖτος καὶ τέκνα καὶ τὰ ἔρια. — Vide alibi ζωή. f

ΚΑΡΠΟΦΟΡΕ'Ω, *fructum fero*. נוּב, *abunde profero*. Symmach. et Theod. Psalm. XCI. 14. καρποφορήσουσι. Symmach. Psalm. LXI. 11. πλοῦτος, ἐὰν καρποφορῇ, divitiæ, si *augeantur*. Significat h. l. καρποφορεῖν *augeri, crescere*, ac eandem notionem metaphoricam habet quoque נוּב, quod pr. *provenire, progerminare* significat.—פָּרַח, *floreo*. Hab. III. 16. Vide et Sap. X. 7. καρποφοροῦντα φυτά. g

ΚΑΡΠΟΦΟ'ΡΟΣ, *fructiferus*. זֶרַע, *semen*. Jerem. II. 21. — פְּרִי, *fructus*. Psalm. CVI. 34. CXLVIII. 9.

ΚΑΡΠΟ'Ω, *fructum decerpo*, it. *sacrificium offero*. אָכַל, *edo, vasto*. Job. V. 12. ἐκαρπώσαντο δὲ τὴν χώραν, ubi alii ἐκαρπίσαντο habent. — בִּעֵר, Pih. *aufero*. Deut. XXVI. 14. οὐκ ἐκάρπωσα (sc. τί) ἀπ' αὐτῶν, non *decerpsi* aliquid ab illis. Cant. Tr. Puer. v. 11. οὔτε τόπος καρπῶσαι ἐναντίον σου, neque locus *sacrificium offerendi* coram te. Sic quoque legitur 3 Esdr. IV. 52. ubi ὁλοκαυτώματα dicuntur καρποῦσθαι. Hesych. καρπωθέντα, τὰ ἐπὶ βωμοῦ καθαγισθέντα. Vide editt. Rom. Cod. Chis. Danielis p. 518. Basilii M. Homil. p. 518. et Front. Ducæus ad h. l. Clemens Alex. Pædag. Lib. I. 5. p. 91. ed. Colon. Gloss. MS. in Cant. Script. καρπῶσαι, θυσιάσαι. — Vide alibi δῶρον. h i

ΚΑ'ΡΠΩΜΑ, *lucrum, oblatio, sacrificium, victima*. אֵשׁ, *ignis*, etiam *sacrificium igne absumendum, holocaustum*, i. q. אִשֶּׁה. Num. XVIII. 9. — אִשֶּׁה, *sacrificium igne absu*-

a *mendum*. Exod. XXIX. 25. 41. Ib. XXX. 20. sec. Oxon. ubi reliqui ὁλοκαύτωμα habent. Lev. I. 17. sec. Compl. Lev. II. 9. 10. et alibi sæpius. Adde Symm. sec. cod. Paul. Lips. Lev. II. 3. ἀπὸ τῶν καρπωμάτων κυρίου. — לֶחֶם אִשֶּׁה, *cibus igniti sacrificii*. Lev. III. 16. — עוֹלָה, *holocaustum*. Ex. XXX. 9. XL. 6. 9. 26. et alibi. — תְּבוּאָה, *proventus*.
b Theod. Jos. V. 12. Suidas: κάρπωμα, θυσία, προσφορά. Hesych. κάρπωμα, κέρδος, γόνος, σπέρμα, προσφορὰ, δῶρα, θυσία.

ΚΑ'ΡΠΩΣΙΣ, *perceptio fructus, etiam oblatio fructuum, holocaustum, sacrificium*. אִשֶּׁה, *sacrificium igne absumendum*. Lev. XXII. 22. — עוֹלָה, *holocaustum*. Lev. IV. 10. 19.
c Job. XLII. 8. ποιήσει κάρπωσιν ὑπὲρ ὑμῶν, offeret sacrificium pro vobis. Sir. XXX. 18. τί συμφέρει κάρπωσις εἰδώλῳ; quid prodest *sacrificium* idolo? Ibid. XLV. 21. Hes. κάρπωσις, θυσία Ἀφροδίτης ἐν Ἀμαθοῦντι.

ΚΑΡΠΩΤΟ'Σ, *talaris*, etiam *manuleatus*, nam, ut notum est, καρπὸς pro *manu* usurpatur. Hinc

ΚΑΡΠΩΤΟ'Σ ΧΙΤΩ'Ν, *tunica ma-*
d *nuleata, talaris, manicas usque ad carpum habens*, (Conf. le Moyne ad Var. Sacr. Vol. II. p. 593. Intt. ad Gellii Noct. Att. VII. 12. Salm. in Tertull. de Pallio p. 44.) aut, ut alii explicant, *tunica fructuum variorum figuras habens intextas*. פַּסִּים, plur. *frusta*. 2 Sam. XIII. 18. 19. Vocem Hebraicam de *tunica variegata* explicarant optimi recentiores
e intt. Alii ibidem habent ἀστραγαλωτὸς, *talaris*, Symm. χειριδωτὸς, *manicata*, Aquila autem pariter καρπωτός. Sic enim Theodoretus Quæst. ad Libr. Reg. et ex eodem Procopius Gazæus: Ἀκύλας καρπωτὸς, ἀντὶ τοὺς καρποὺς ἐνυφασμένους ἔχων· οἱ νῦν δὲ αὐτὸν καλοῦσι πλουμαρικόν. Sed καρπωτὸν dici a LXX et Aquila non propter intextos fructus, sed quod talaris fuerit et manicata usque ad carpum, ex Posidonio Stoico apud Athenæum Lib. XII. ostendit Braunius f
de Vestitu Sacerd. Hebr. Lib. I. c. 17. §. 279. p. 318. qui hic conferri meretur. De eadem Lex. Cyrilli MS. Brem. καρπωτὸς, χιτὼν ἀπὸ τραχήλου ἕως τῶν ἄκρων τῶν ποδῶν φθάνων, καὶ τὰς χειρίδας ἐν τοῖς βραχίοσι κατεσφιγμένος. οὕτως καὶ ὑποδύτης χιτὼν, ἤγουν ἐπενδύτης χειριδωτὸς ἕως τῶν σφυρῶν ἀστραγαλωτός.

ΚΑ'ΡΡΟΝ, *currus, rheda*. 3 Esdr. V. 55. 78. Sed vide infra s. v. χάρ- g
ρα notata. (Nescio, an pro κάῤῥα legendum sit κέρμα vel μύρα. K.)

ΚΑ'ΡΤΑΛΛΟΣ, *canistrum, cophinus, corbis vimineus in angustum desinens, cavea viminea*. Puto dici, quod ex καρτοῖς, h. e. *tonsis lignis*, fieret. Arabes quoque usurpant. דּוּד, *corbis*, seu *calathus*. 2 Reg. X. 7. — טֶנֶא, *corbis*, quo primitias frugum sacerdotes offerebant. Deut. XXVI. 2. 4. λήψεται ὁ ἱερεὺς τὸν κάρταλ- h
λον, accipiet sacerdos *cophinum*. — סַלְסִלּוֹת, plur. *quali, corbes vindemiatorii*. Jer. VI. 9. ἐπὶ τὸν κάρταλλον αὐτοῦ. Suidas: κάρταλλος, κόφινος ὀξὺς τὰ κάτω. Apud Hesych. κάρταλον dicitur τὸ πλεκτὸν ἀγγεῖον ἐν τοῖς ὀψαρτυτικοῖς, κλοβὸς, ubi pro κάρταλον Bochartus Hieroz. P. I. Lib. II. c. 55. p. 662. et P. II. Lib. XIII. p. 19. legendum censet κάρταλλον, et pro πλεκτὸν ex Aristotele πηκτὸν, et i
κλωυβὸς vel κλωβὸς pro κλοβός. Sed apud Aristotelem potius pro πηκτὸν reponendum πλεκτὸν puto. Quod autem apud Hesychium pro κλοβὸς legendum sit κλωβὸς, firmat Lexic. Cyrilli MS. Brem. ubi ita: καρτάλῳ, κλωβῷ ξυλίνῳ. Legendum et hic videtur καρτάλλῳ ex Sir. XI. 31. πέρδιξ θηρευτὴς ἐν καρτάλλῳ, perdix venator in cavea, ubi nonnullis ἀντὶ δικτύου videtur. Conf. Drusium ad h. l.

ΚΑΡΤΕΡΕ'Ω, *forti animo sum, duro, perduro, tolero, patienter fero*.

אִמֵּץ, Pih. *roboro*. Ies. XLIV. 14. Aqu. Zach. XII. 7. — אַמְצָה, *robur*. Aqu. Zach. XII. 5. καρτέρησον. — הֶחֱזִיק, Hiph. *firmiter retineo*. Iob. II. 9. μέχρι τίνος καρτερήσεις; quousque perdurabis? — פָּעָה, *exclamo*. Ies. XLII. 14. ὡς ἡ τίκτουσα ἐκαρτέρησα, tanquam parturiens perduravi. Aut sensum expresserunt, aut ita interpretati sunt, quia הִתְאַפֵּק, quod eam habet significationem, antecedebat. Vide Schultensii Opera Minora p. 281. Vide et Sir. II. 2. XII. 19. οὐ μὴ καρτερήσῃ, *recedet a te, te derelinquet*. 2 Macc. VII. 17. Glossæ Vett. *durat*, καρτερεῖ, μακροθυμεῖ, ὑπομένει. Confer Ramiresium de Prado Pentec. cap. IX. p. 53.

*ΚΑΡΤΕΡΙ'Α, *tolerantia, patientia*. 4 Macc. VI. 13. Hesych. καρτερία, ὑπομονή. Vide quoque Suidam s. h. v.

ΚΑΡΤΕΡΟ'Σ, *fortis, validus, vehemens*. 2 Macc. X. 29. καρτερᾶς μάχης γενομένης. Ibid. XII. 35. ἀνὴρ καρτερός.

*ΚΑΡΤΕΡΟΨΥΧΙ'Α, *animi fortitudo*. 4 Macc. IX. 26. Vide quoque Suiceri Thes. s. h. v.

ΚΑΡΤΕΡΟ'Ω, *corroboro*. אִמֵּץ, idem. Aqu. Theodot. Prov. XXXI. 17. Ies. XLIV. 14. ἐκαρτέρωσε.

ΚΑΡΥ'Α, *nux*. אֱגוֹז, idem. Cant. VI. 10. εἰς κῆπον καρύας κατέβην, in hortum nucum descendi.

ΚΑΡΥ'ΙΝΟΣ, *nuceus*. לוּז, *corylus*. Genes. XXX. 37. καρυΐνην, ubi Schol. cod. Vat. ἀμυγδαλίνην explicat. — שָׁקֵד, *amygdala*. Jer. I. 11. Amygdalus sub generali voce *nucis* continetur. Heraclius Ephesius: κάρυα ἐκάλουν καὶ τὰς ἀμυγδάλας καὶ καστάνους.

ΚΑΡΥΙ'ΣΚΟΣ, *nucula, nux, amygdala*. Hinc ἐκτετυπωμένοι καρυΐσκοις, *consculpti in modum nucum* vel *amygdalarum*. מְשֻׁקָּדִים, part. plur. Pyh. *amygdalati*, i. e. *amygdalæ speciem referentes*. Exod. XXV. 33. (ubi vid. Drusius) 34. XXXVII. 20. 21.

ΚΑ'ΡΥΟΝ, *nux juglans*, et speciatim *amygdala*. שָׁקֵד, *amygdala*. Conf. Ol. Celsii Hierobot. T. I. p. 28. seq. et 253. Gen. XLIII. 11. Num. XVII. 8. Utrobique alii ἀμύγδαλα habent. Suidas: Καρύα, τὸ δένδρον. κάρυα δὲ ὁ καρπός. Heraclius Ephesius: Κάρυα ἐκάλουν καὶ τὰς ἀμυγδάλους καὶ τὰ νῦν καστάνεα. Vide Drusium in Fragm. p. 496. Hesychius: καρύαι (Phav. interserit λέγουσι) τὰς ἀμυγδάλους καὶ καστάνους. Vide Intt. ad Hesych. s. v. καρύαι.

ΚΑ'ΡΦΟΣ, *festuca*, it. *aridum*, a κάρφω, *arefacio*. טָרָף, *decerptum*. Gen. VIII. 11. Κάρφος quoque *sarculum* notat. Vide Michaëlis Suppl. p. 1035.

ΚΑΡΧΑΡΟΥ'ΜΕΝΟΣ, *saltans*. מְכַרְכֵּר, *in morem capræ saltans*. Aqu. 2 Sam. VI. 16. ubi ex Hebraica vocem Græcam fecisse videtur.

ΚΑΡΧΗΔΟ'ΝΙΟΣ, *Carthaginensis*, item *gemmæ nomen, chalcedon, carbunculus*. כַּדְכֹּד, *crystallus*. Symm. Ies. LIV. 12. καρχηδόνιον. Conf. Vitringam ad h. l. p. 695. b. et Braunium de Vestitu Sacerd. Hebr. Lib. II. cap. 11. §. 108. ubi καρχηδόνιον significare *carbunculum* pluribus ostendit. — תַּרְשִׁישׁ, *Tartessus*. Ez. XXVII. 12. 25. XXXVIII. 13.

ΚΑΡΧΗΔΩ'Ν, *Carthago*. תַּרְשִׁישׁ, *Tartessus*. Ies. XXIII. 1. 10 Zonaras Lex. col. 1158. Καρχηδών, ἐπὶ τῆς Λιβύης. Cæterum LXX urbem Africæ non longe distantem pro urbe Hispaniæ posuerunt.

ΚΑ'ΡΩΣΙΣ, *sopor, veternus, somnolentia*. תַּרְעֵלָה, *horror*. Aqu. Ps. LIX. 3. καρώσεως. Adde Athenæum Lib. XV. p. 675. A.

a ΚΑΣΙ'Α, ΚΑΣΣΙ'Α, *casia, cassia, cortex odoratus arboris in Arabia et Ægypto nascentis,* quam describunt Isidorus Lib. XVII. c. 8. Theophr. IX. 5. Dioscor. I. 12. Hieronymus Ep. ad Principiam censet, casiam in Scripturis nominatam esse illam, quæ σύριγξ, h. e. fistula casia, nominatur, eo quod fistularum vel cannarum speciem referat, quæ
b haud dubie est nostra *canella.* פַּנַּג, *Phœnicia,* it. *balsamum.* Ez. XXVII. 17. — קְצִיעוֹת, plur. Ps. XLIV. 10. Conf. Lampium Exerc. in Psalm. XLIV. p. 307. sq.

ΚΑΣΣΙ'ΤΕΡΟΣ, *stannum, plumbum album.* בְּדִיל, idem. Num. XXXI. 22. Ez. XXII. 18. 20. XXVII. 12. Aqu. Symm. Theod. Ies. I. 25. Sir. XLVII. 19. συνήγαγες ὡς κασσίτερον
c τὸ χρυσίον.

*ΚΑ'ΣΤΡΟΝ, vox Latina, *castrum.* Vox hæc a Bielio prorsus neglecta reperitur in vers. Symmachi sec. Cod. Coisl. 2 Sam. VIII. 14. pro Hebr. נְצִבִים, *præsides,* ἔταξεν φρουρὰν ἢ κάστρα, ubi vel ex addito ἢ luculenter apparet, κάστρα meram interpretationem vocis antecedentis continere, et h. l. *præsidium* s. *mili-
d tes præsidiarios* significare. Suidas: κάστρον, κατὰ Ῥωμαίους, παρεμβολὴ ἀσφαλής.

ΚΑ'ΣΤΥ. Ipsa vox Hebr. קֶסֶת, *cistula, atramentarium,* vel *theca calamorum.* Aqu. Theod. Ezech. IX. 2. Hieronymus: "Quodque Aquilæ prima editio et Theodotio dixerant κάστυ, pro quo in Hebræo legitur קסת, cum ab Ebræo quære-
e rem, quid significaret, respondit mihi, Græco sermone appellari καλαμάριον ab eo, quod illo calami recondantur. Nos *atramentarium* ab eo, quod atramentum habeat, dicimus. Multi significantius *thecas* vocant ab eo, quod thecæ sint scribentium calamorum." Vide quoque ad h. l. Montf. et Drusium in Fragm. p. 585.

*ΚΑ'ΣΩΡ. Est ipsa vox Hebræa f
קָצִיר, *castrum.* 2 Sam. XXI. 11. ubi tamen sine dubio reponendum est κασὼρ, ut legerint קָצוֹר.

ΚΑΤΑ', *secundum, juxta, versus, ad, sicut, ante, coram, per, contra, de, post, super.* *אַחַר, *post.* Symm. Coh. VII. 15. — *אַחֲרֵי, *post.* 2 Par. I. 12. ubi κατὰ est i. q. μετά. — *אִישׁ רִיב, *vir litis.* Job. XXXI. 36. κατὰ τινός. — בְּ præfixum. Num. g
XII. 1. et XXI. 5. κατὰ Μωϋσῆ, *contra* Mosen. Job. IV. 18. κατὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ σκολιόν τι ἐπενόησε, h. e. *in* angelis suis observat aut reperit pravum quid. Κατὰ h. l. ponitur pro ἐν. Amos IV. 2. κατὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, *per* sanctos suos. Sic κατὰ apud Demosthenem de Coron. T. II. pag. 1268. l. 24. ed. Reisk. — בְּעַד, *post.* Jud. III. 22. ἀπέκλεισε h
τὸ στέαρ κατὰ τῆς φλογὸς, occludebat pinguedo foramen *post* aciem. Jud. III. 23. ἀπέκλεισε τὰς θύρας τοῦ ὑπερῴου κατ' αὐτοῦ, claudebat valvas cœnaculi *post* eum. — דָּבָר, *verbum.* 1 Reg. XX. 25. 2 Par. IX. 24. κατ' ἐνιαυτὸν εἰς ἐνιαυτὸν, singulis annis. — כְּדֵי, *secundum sufficientiam,* h. e. *quantum sufficit.* Deut. XXV. 3. κατὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ, *juxta* impie- i
tatem ipsius. Exod. XXXVI. 5. In l. Æthiop. דַּי *pertinere* notat, coll. Ps. XLVIII. 12. — מִדֵּי i. q. מִן, *a, de.* 1 Sam. VII. 16. κατ' ἐνιαυτὸν ἐνιαυτοῦ, singulis annis. Zach. XIV. 16. κατ' ἐνιαυτὸν, sc. ἕκαστον, singulis annis. — דֶּרֶךְ, *via.* Ezech. XL. 6. 33. εἰς τὴν πύλην τὴν βλέπουσαν κατ' ἀνατολὰς, in portam, quæ *spectabat* ad orientem. Vide et Ez. k
XLIII. 1. 4. et conf. Act. XXVII. 12. — *חֲפוּיֵ, *tectus.* Esth. VI. 12. ubi חֲפוּי רֹאשׁ LXX reddiderunt κατὰ κεφαλῆς: quæ verba, si integra sunt, non possunt aliter explicari

e quam sic, ut plena oratio dicatur debere esse: καὶ ἔχων κατὰ κεφαλῆς. Certe in Exemplo Hexaplari Arundel., quod Usserius edidit, legitur καὶ κατακεκαλυμμένος τὴν κεφαλὴν, h. e. et operto capite. — יָרַד, *descendo.* Thren. III. 47. ἀφέσεις ὑδάτων κατʼ ὀφθαλμούς μου, aquarum rivi manant ex oculis meis. — *כַּאֲשֶׁר, *quemadmodum.* Inc. Amos II. 13. ubi κατὰ h notat *sicut*, nisi fortasse legendum καθώς. — *לְ præfix. Ex. XXXIV. 18. ubi cum εἰς in codd. permutatur. — אֶל מוּל, *e regione.* Exod. XXVI. 9. Lev. VIII. 9. Num. VIII. 3. 4. — מִמּוּל, idem. Exod. XXVIII. 27. XXXIX. 19. — כָּמוֹ, *sicut.* Job. I. 8. οὐκ ἔστι (scilicet ἄνθρωπος) κατʼ αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς, non est aliquis *similis* ei in terra. Vide i et Job. IX. 32. XII. 3. XXXVI. 22. — כְּ, *sicut.* Job. XLII. 15. οὐχ εὑρέθησαν κατὰ τὰς θυγατέρας Ἰὼβ βελτίους αὐτῶν, non inveniebantur, quæ pulchritudine *similes* essent filiabus Jobi. Thren. I. 12. ἴδετε, εἰ ἔστιν ἄλγος κατὰ τὸ ἄλγος μου, videte, num sit dolor *similis* meo. Vide et Ps. LXXXV. 7. et conf. Sir. VI. 24. et ad h. l. Fulleri Miscell. Sacr. d Lib. I. c. 5. pag. 40. Similiter κατὰ usurpatur Herodoto Lib. I. cap. 121. ubi Astyages ad Cyrum: ἐλθὼν δὲ ἐκεῖ, πατέρα τε καὶ μητέρα εὑρήσεις, οὐ κατὰ Μιτραδάτην τε τὸν βουκόλον καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, eo autem perveniens et patrem et matrem invenies, Mitradati bubulco et uxori ejus minime similem. — נֶגֶד, *coram.* Gen. II. 18. ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατʼ αὐτὸν, faciamus illi adjutorem *similem* ipsi, ubi in textu Hebr. כְּנֶגְדּוֹ legitur. Conf. v. 20. ubi βοηθὸς ὅμοιος αὐτῷ explicatur. Sic et Sir. XVII. 3. καθʼ αὑτοὺς (juxta Rom. legitur ἑαυτοὺς, sed reponendum videtur αὐτὸν vel ἑαυτὸν) ἐνέδυσεν αὐτοὺς ἰσχὺν, καὶ κατʼ εἰκόνα αὐτοῦ ἐποίησεν αὐτοὺς, ad similitudinem suam induit illos robore, et ad imaginem suam fecit illos. Hesychius: κατʼ αὐτὸν, ὅμοιον f αὐτῷ. Conf. etiam Gal. IV. 28. et ad h. l. Wolfium p. 765. Quod ad locum Genes. laud. attinet, Tob. VIII. 6. legitur ὅμοιον αὐτῷ, quam veram lectionem esse existimat Ilgenius in Præf. p. 260. Sed κατὰ potius h. l. notat *secundum, sicut.* Hebr. כְּנֶגְדּוֹ notat *secundum cognationem ejus*, quia נֶגֶד in l. Æthiop. *cognationem, stirpem* significat. Vide Luc. II. 36. Act. V. 9. et XXVI. g 7. — *עָב, *densus.* Ezech. XLI. 26. κατὰ τὰ ξύλα sec. Compl. Lege: παχῆ τὰ ξύλα. — אֶל עֵבֶר, *e regione.* Ez. I. 12. — לְעֻמַּת, idem. Exod. XXVIII. 27. XXXIX. 19. Ezech. XL. 19. — *עַל, *super.* Symm. Cant. II. 8. ubi etiam κατὰ *super* notat. Job. XII. 14. ἐὰν κλείσῃ κατʼ ἀνθρώπου, si claudat *post* hominem. — *עָר, *inimicus, æmulus.* Aqu. Theod. 1 Sam. XXVIII. 15. h κατά σου. Vide supra s. v. אִישׁ רִיב. — פֵּאָה, *latus.* Exod. XXVII. 12. Levit. XIII. 41. — כְּפִי, *secundum os*, h. e. *contra* seu *juxta.* Lev. XXV. 52. Num. VII. 5. 2 Par. XXXI. 2. Job. XXXIII. 6. στῆθι κατʼ ἐμὲ, καὶ ἐγὼ κατὰ σὲ, sta *adversus* me, et ego *adversus* te. — לְפִי, *ad os.* Gen. XLVII. 12. κατὰ σώματα, *pro numero* capitum. Lev. XXVII. 16. κατὰ τὸν σπόρον, *pro ratione* sementis. — i עַל־פִּי, idem. Deut. XVII. 10. 11. — אֶת פְּנֵי, *ad faciem.* Lev. IV. 6. — לִפְנֵי, idem. Ex. XXX. 6. κατὰ πρόσωπον ἱλαστηρίου, *ad* faciem propitiatorii. Esth. II. 11. κατὰ τὴν αὐλὴν τὴν γυναικείαν, *ante* aulam mulierum. Job. XXXIII. 25. στῆθι κατʼ ἐμὲ, sta *contra* me. — עַל פְּנֵי, idem. Gen. I. 20. κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, *versus* firmamentum cœli. 1 Paral. V. 10. κατὰ ἀνατολὰς, *versus* orientem.

a — *כְּפְרִי, *secundum fructum*. Aqu.
Theod. Jerem. XXI. 14. — בְּצַלְעִי,
in claudicatione. Ps. XXXIV. 18.
κατ' ἐμοῦ εὐφράνθησαν, super me, h.
e. *de infortunio meo*, quam notionem
metaphoricam h. l. vox *claudicatio*
habet, ut vel ex antecedentibus ap-
paret. Fortasse etiam respexerunt
notionem *lateris*, quam vox Hebr.
habet. Semlerus perperam conjicit
b legendum καὶ σκάζοντές μου. — מִקֵּץ,
a fine. Jerem. XIII. 6. καθ' ἡμέρας
πολλὰς, *post* dies multos. — *קֶרֶב,
medium. Aqu. Genes. XVIII. 12.
בְּקִרְבָּהּ, κατ' αὐτῆς, *apud se* seu *se-
cum*, ubi tamen Codex Mosquensis
habet ἐγκάτῳ αὐτῆς, quod rectius
videtur. — תּוּשִׁיָּה, *essentia*. Job.
XI. 6. διπλοῦς ἔσται τῶν κατά σε, sc.
ὄντων, duplex portio erit tui *similium*
c (potius: *eorum, quæ tu habes*, h. e.
sapientiæ, qua tu es præditus).
Hesych. κατά σε, ὅμοιός σοι. Vulgo
hæc verba cum antecedenti glossa
male conjunguntur hoc modo:
Κατὰ σαυτὸν, ἐπί σου, κατά σε, ὅμοιός
σοι. Similiter Callimachus κατ' ἐμὲ
usurpat Epigr. I. v. 4. ubi ita: νύμ-
φη καὶ πλούτῳ καὶ γενεῇ κατ' ἐμὲ, h. e.
virgo et genere et divitiis mihi si-
d milis est. — *תַּחַת, *subter*. Inc.
Hab. III. 16. תַּחְתַּי, *subter me*, κατ'
ἐμαυτόν. Interdum inservit peri-
phrasi substantivi, v. c. in Ed.
Quinta Ps. VIII. 5. τί ὁ κατ' ἄνδρα;
quid est homo? Hebr. מָה אֱנוֹשׁ.
LXX ἄνθρωπος. Sir. X. 2. κατὰ τὸν
κριτὴν τοῦ λαοῦ, οὕτω καὶ οἱ λειτουργοὶ
αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸν ἡγούμενον τῆς πό-
λεως πάντες οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν, qua-
e lis judex populi, tales et ministri
ejus, et qualis ille, qui præest civi-
tati, tales omnes, qui incolunt illam.
Vide et Sir. XVI. 12. Sir. XXXVI.
23. non est maritus ejus καθ' υἱοὺς
ἀνθρώπων, h. e. *comparandus* filiis
hominum. De præpositione κατὰ
comparandi virtute quandoque
prædita confer Hemsterhus. ad
Aristoph. Plut. v. 952. p. 330. ed.
rec. 2 Macc. II. 13. ἐν ταῖς ἀναγρα- f
φαῖς καὶ ὑπομνηματισμοῖς τοῖς κατὰ Νε-
μίαν in scriptis et commentariis
Nehemiæ. Ita et τὸ κατὰ Ματθαῖον
εὐαγγέλιον dicitur Evangelium, quod
Matthæum auctorem habet. Conf.
auctores laudatos Wolfio in Cur. p.
3. 2 Macc. XII. 15. κατὰ τοὺς Ἰησοῦ
χρόνους, h. e. Josuæ *temporibus*, ut
Vulgatus recte transtulit. Sirac.
XXIX. 12. κατὰ τὴν ἔνδειαν αὐτοῦ (sc. g
πένητος) μὴ ἀποστρέψῃς αὐτὸν κενὸν, *in*
paupertate ejus ne eum dimittas
vacuum, vel cum Vulgato: *propter
inopiam ejus ne dimittas eum vacuum*.
Utriusque rationis exempla collegit
Vigerus de Præcip. Gr. L. Idiotis-
mis p. 613. Judith. I. 12. in formula
jurandi, ubi *per* notat, ὤμοσε κατὰ
τοῦ θρόνου; coll. Ps. CI. 9. et Amos
IV. 2. Sap. IV. 16. κατὰ τῶν γονέων, h
adversus parentes, coll. 3 Macc. II.
27. III. 12. Lucian. T. I. p. 255.
ed. Reitz. Polyb. IX. 3. 10. Sap.
XII. 12. quis te in jus vocabit κατὰ
ἐθνῶν ἀπολωλότων, *propter* Cananitas
a te interitui devotos, coll. Rom.
IX. 13. 2 Maccab. III. 17. τὸ κατὰ
καρδίας ἐνεστὸς ἄλγος, *dolor cordis*.
2 Macc. VI. 10. κατὰ τοῦ τείχους ἐ-
κρήμνισαν, *de* muro præcipitarunt. i
Dio Cass. Fragm. p. 15. ed. Reim.
κατὰ τῆς πέτρας αὐτῆς, ἀφ' ἧς τοὺς
Γαλάτας ἀπεώσατο, ἐῤῥίφη. 3 Esdr. I.
4. *secundum*, Hebr. ל 2 Chron.
XXXV. 4. et 3 Esdr. V. 60. κατὰ
Δαυὶδ, coll. Esdr. III. 10. 2 Macc.
VI. 11. Judæi nolebant pugnare
κατὰ (*propter*) τὴν δόξαν τῆς σεμνό-
τητος ἡμέρας. Cf. Diod. Sic. p. 23.
ed. Rhod. ἐπαινούμενοι κατὰ τὴν ἀλή- k
θειαν τῶν ἱστοριῶν. 3 Macc. II. 19.
κατὰ τὰς τελετὰς μεμυημένοι, *mysteriis
sacris initiati*. 2 Macc. XV. 8. ἔχειν
κατὰ νοῦν, *in* mente habere. 2 Macc.
III. 16. vultu prodit τὴν κατὰ ψυχὴν
ἀγωνίαν, anxietatem animi, coll.
2 Tim. IV. 1. 3 Macc. II. 19. *in*,
ubi de tempore sermo est. 2 Macc.
I. 1. 10. *in*, ubi de loco sermo est,

a coll. 3 Macc. I. 17. III. 8. Prolog. Sir. τῶν ἄλλων τῶν κατ' αὐτοὺς ἠκολουθηκότων, illorum, qui *post* prophetas scripserunt. 2 Macc. XV. 37. τῶν κατὰ Νικάνορα χωρησάντων οὕτω, *rebus Nicanoris ita cedentibus.* Interdum κατὰ omittitur, v. c. 3 Macc. VI. 9. ante τὸ τάχος, et Sap. III. 5. ante ὀλίγα et μεγάλα, coll. 2 Tim. III. 8.

b ΚΑΤΑ' ΤΗ'Ν ΨΥΧΗ'Ν ΑΥ'ΤΟΥ', *tanquam animam suam, tanquam se ipsum.* נַפְשׁוֹ, *animam suam.* Aqu. 1 Sam. XX. 17. τὸ κατ' ἐμὲ, *meum.*

ΚΑΤΑ' ΚΑΙ' ΚΑΤΑ', *eodem modo ac.* כְּ. כְּ. Deut. I. 17. κατὰ τὸν μικρὸν καὶ κατὰ τὸν μέγαν κρινεῖς, *parvum eodem modo ac magnum judicabis.*

*ΚΑΤΑ' ΠΑ'ΝΤΑ, *quovis modo, quovis respectu,* h. e. *valde, eximie.* c Sap. XIX. 22. κατὰ πάντα ἐμεγάλυνας τὸν λαόν σου. Hesych. κατὰ πάντα, ὅλως πάντα. Demosthen. 26. 3. ed. Reisk.

*ΤΟ' ΚΑΤ' 'ΕΜΕ', *latrina,* ex Græcismo, quo utebantur honestatis in loquendo studiosi, i. q. ἀφεδρών. נְוָלִי, *stercus, latrina.* Dan. II. 5. sec. Chis. οἶκος αὐτοῦ τὸ κατ' ἐμὲ ποιηθήσεται, quod nonnulli male d transtulerunt: *Domus ejus mea fiet,* et legisse videantur אֵלַי. — Vide quoque sub ἅπαν, ἀρχὰς, αὐτὸς, ἑαυτοῦ, ἐμὸς, ἐκαύσιος, ἡμέρα, κεφαλὴ, καταμόνας et μικρός.

ΚΑΤΑΒΑΙ'ΝΩ, *descendo.* בּוֹא, *venio.* Cant. V. 1. — *בָּלָה, *veterasco.* Aqu. Genes. XVIII. 12. ubi in Cod. Mosqu. καταβῆναι legitur pro κατατριβῆναι. Quæ lectio si e vera est, nec ortum suum debet compendio scribendi, notandus erit hic usus vocis καταβαίνειν pro *consenescere* minime inelegans. — דָּרַךְ, *calco.* Ezech. XLVII. 16. — הִגִּיעַ, Hiph. a נָגַע, *tangere facio.* Ies. XXV. 12. — הֵידָד, *celeusma.* Jer. LI. 14. καταβαίνοντες. Legerunt הוֹרִיד, a rad. יָרַד, *descendere.* — הִצִּיעַ, Hiph. a יָצַע, *stratum pono.* Ps. CXXXVIII. 7. ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην. Sensu eodem. Præterea f Arab. وضع est *humilis et depressus fuit,* ac transitive *humiliavit, demisit se.* Syrus: ܐܚܘܬ, *descendero.* Ita quoque Arabs et Vulgata. Vide quoque Diss. sub Schultensio et Schroedero Def. T. II. p. 1098. — הֵרֵד, Hiph. a רָדַד, *expando.* 1 Reg. VI. 31. Hic legerunt יָרַד. — הִתְחַבֵּא, Hithp. *abscondo me.* Job. g XXXVIII. 30. ἣ καταβαίνει ὥσπερ ὕδωρ ῥέον, ubi post καταβαίνει supplendum est εἰς τὴν γῆν. Sensum expresserunt. — חָרַץ, *moveo me.* 2 Sam. V. 24. Significat ibi καταβαίνειν *descendere ad prœlium,* seu *inire prœlium,* ut Vulgatus vertit, qua voce quam bene LXX h. l. usi fuerint, apparet ex iis, quæ Simonis in Lex. Hebr. s. h. v. disputavit. — יָלַךְ, *eo.* Exod. XIX. 10. h 1 Sam. XXIV. 8. — יָרַד, *descendo.* Gen. XI. 5. κατέβη ὁ Θεὸς, descendebat Dominus. Vide et Gen. XVIII. 21. et conf. Elsner. ad Act. XIV. 11. p. 421. Exod. XIX. 18. τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ ἐκαπνίζετο ὅλον, διὰ τὸ καταβεβηκέναι ἐπ' αὐτὸ τὸν Θεὸν ἐν πυρὶ, mons Sina fumabat totus, quod descenderat super illum Deus in igne. Conf. Ps. XVII. 11. CXLIII. 6. Sic et gentilibus Jupiter καταιβάτης dicebatur, quod fulminibus i et tonitrubus descendere videbatur. Conf. Burmanni Diss. quam inscripsit: Ζεὺς καταιβάτης, et Küsteri notas ad Suidam v. καταβάτης. Ies. LV. 10. ὥσπερ γὰρ ἂν καταβῇ ὁ ὑετὸς ἢ χιὼν ἐκ οὐρανοῦ, quemadmodum enim descendit, h. e. *decidit* pluvia vel nix de cœlo. Conf. Matth. VII. 25. Ies. LXIII. 14. κατέβη πνεῦμα παρὰ κυρίου, descendebat spiritus de cœlo. Psalm. CXVIII. 136. κατέβη-

a σιν est præstantissima lectio, quam et Ambrosius secutus est. Vide infra s. v. καταβιβάζω. Huc etiam referendus est locus 2 Reg. IX. 31. ubi verbis τίς εἶ σύ; κατάβηθι πρός με (ut legendum ex Complut. pro μετ' ἐμοῦ, quod habent libri reliqui, ortum e scriptura vulgata Cod. Hebr. אִתִּי) respondent Hebr. מִי אִתִּי, quasi in textu legerint b מִי אִתִּי רְדִי אֵלַי, quam lectionem quoque secutus est Josephus A. J. IX. 6. 4. — יֵשׁ, sum. Gen. XLIV. 26. καταβαίνω μεθ' ἡμῶν. Bene quoad sensum. Nam esse cum aliquo h. l. notat simul iter facere, seu socium viæ esse. — *לָעַץ, absorbeo. Abd. v. 16. sec. Rom. καταβήσονται, quod quanquam expressum quoque legitur in vers. Arab., tamen, est c mendum pro καταποθήσονται, absorbebuntur, vel absorbebunt: nam Hieronymus ita vertit vocem, qua LXX usi fuerant, unde apparet, eum aliter legisse, ac est in ed. Rom. Ed. Complut. habet etiam καταποθήσονται, Aldina autem καταπίονται. Bretschneidero LXX hoc verbum ad ᾅδην retulisse videntur, ita ut hoc substantivum sit subaud diendum. — מָסַס, liquefio. Jos. V. 1. κατέβησαν αἱ διάνοιαι αὐτῶν, ut nonnulli libri habent teste Bosio. Sed sine dubio ibi legendum est κατεπτάκησαν. — נָדַד, profugio. Nahum. III. 7. καταβήσεται ἀπό σου: ubi plerique quidem statuunt eos loco יִדּוֹד, fugiet, aufugiet, a נָדַד, legisse יֵרֵד, a יָרַד, descendere. Equidem voci καταβαίνειν notionem e proficiscendi tribuere mallem. Conf. Lex. N. T. s. h. v. — נָזַל, fluo. Deut. XXXII. 2. — נַחַת, descensus, a נָחַת. Job. XVII. 16. — *נַחַת, depositum, ferculum, a נוּחַ. Job. XXXVI. 16. Permutarunt ibi cum נָחַת, descendit. — נְחַת, Chald. Dan. IV. 10. 20. — נִרְאָה, Niph. appareo. Deut. XXXI. 15. κατέβη κύριος ἐν στύλῳ νεφέλης, descendebat (h. e. apparebat) Dominus in co- f lumna ignis. — פָּנָה, aspicio. Jos. XV. 7. ubi de via adhibetur. — רָדַף, prosequor. Jud. III. 28. — שׁוּב, revertor. Gen. XLIII. 13. — שָׁכַן, habito. Exod. XXIV. 16. Ita ex aliis locis transtulerunt, v. c. Deut. XXXI. 15. — שָׁקַע, submergor. Amos IX. 5. καταβήσεται ὡς ποταμὸς Αἰγύπτου, defluet (ut aquæ post exundationem subsidentes) tanquam fluvius Ægypti. Videntur g legisse וְנִשְׁקְעָה, in profundum descendet, submergetur, a rad. שָׁקַע, mergere in profundum. Conf. cap. IX. 5. Sir. XXXV. 15. οὐχὶ δάκρυα χήρας ἐπὶ σιαγόνα καταβαίνει; nonne lacrymæ viduæ super maxillam defluunt? 3 Esdr. I. 29. ubi positum est pro Hebr. יָרַד 2 Chron. XXXV. 23. et pro ירד legisse videtur יֵרְדוּ, quæ lectio commoda h neque improbanda videtur.

ΚΑΤΑΒΑ'ΛΛΩ, dejicio, diruo, destruo, cædo, occido, prosterno, it. fundo, construo. דִּמְעָה, lacryma. Ies. XVI. 9. τὰ δένδρα σου κατέβαλεν. Sensu prorsus nullo. Si conjecturæ hic locus esset, reponere mallem τὰ δάκρυά μου (דִּמְעָתִי) κατέβαινεν seu κατέβαινον, ut καταβαίνειν h. l. ad Hebr. רָוָה, inebriare, quod de flu- i mine lacrymarum explicandum est, sit referendum. — הֵטִיל, Hiph. a טוּל, ejicio, projicio. Job. XL. 27. Symm. Job. XLI. 1. καταβαλεῖ, ac si esset יָטִיל vel יֻטָל. — *הֵמִית, Hiph. a מוּת, occido. Inc. Proverb. XXI. 25. ubi metaphorice notat miserum reddere. — הִפִּיל, Hiph. a נָפַל, cadere facio. 2 Reg. III. 19. πᾶν ξύλον ἀγαθὸν καταβαλεῖτε, omnes

a arbores bonas cædetis. Vide et v. 25. 2 Reg. VI. 5. XIX. 7. καταβαλῶ αὐτὸν ἐν ῥομφαίᾳ, occidam illum gladio. Vide et 2 Par. XXXII. 21. Jerem. XIX. 7. Ez. XXXII. 12. Ps. XXXVI. 15. Ezech. XXX. 22. καταβαλῶ τὴν μάχαιράν σου, dejiciam gladium ejus. Dan. XI. 12. καταβαλεῖ μυριάδας, prosternet myriades. Hesych. καταβαλεῖ, ἀποκτενεῖ, καταλύσει, πλήσει, ῥίψει. Confer
b Sir. VIII. 21. 2 Macc. VIII. 18. et Apoc. XII. 10. ac ad h. l. Alberti pag. 489. et Spanhemium ad Julian. p. 262. Adde Symm. Ps. LXXII. 18. et Hexapla Psalm. CXXXIX. 11. — הָרַס, diruo, destruo. Job. XII. 14. ἐὰν καταβάλῃ, τίς οἰκοδομήσει; si destruat, quis ædificabit? Ezech. XXVI. 4. 12. —
c הִשְׁפִּיל, Hiph. deprimo. Ies. XXVI. 5. πόλεις ὀχυρὰς καταβαλεῖς, urbes munitas dirues. Phavorinus: καταβάλλω, ἐρείπω, αἴρω. — נָטַשׁ, desero. Ez. XXIX. 5. XXXI. 12. — נָתַץ, frango, diruo, destruo. Ez. XXVI. 9. — פָּרַץ, rumpo. Job. XVI. 14. Prov. XXV. 29. πόλις τὰ (pro κατὰ τὰ) τείχη καταβεβλημένη, urbs muris diruta. — שִׁחֵת, Pih. Ez. XXVI. 4.
d — שָׂטַם, odio prosequor. Job. XVI. 9. Baruch. II. 14. καταβάλλομεν τὸν ἔλεον ἡμῶν κατὰ τὸ πρόσωπόν σου, κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, h. e. in terram prostrati effundimus preces nostras coram te, Deus omnipotens. Scil. καταβάλλειν, ubi de precibus sermo est, per fundere, effundere vertendum est, sed ita, ut semper adjunctam notionem teneamus, et cogitemus, in terram
e prostratum preces facere ex more orientalium. Sic quoque הִפִּיל sumitur Dan. IX. 8. ubi est i. q. שָׁפַךְ, 1 Sam. I. 15. Vide quoque supra s. v. ἔλεος. Sirac. I. 37. καταβάλλειν τινὰ dicitur Deus, cum alicujus vitia nudat, et personam detrahit, aut aliquem contemtui ac ludibrio aliorum exponit, ubi videndus est parallelismus sententiarum. Verba enim sunt hæc: ἀποκαλύψει κύριος τὰ κρυπτά σου πάντα, καὶ ἐν μέσῳ συναγωγῆς καταβαλεῖ σε. Apte ad h. l. Stephanus in Thes. T. I. p. 687. f
notavit locum Plutarchi: καταβάλλων ἑαυτὸν ὡς τινὰ τῶν παρημελημένων, se ita contemtum reddebat, ut unum ex maxime contemtis hominibus. Eodem modo abjicere se et prosternere usurpatur a Cicer. Parad. I. Sirac. VII. 8. καταβάλλειν ἑαυτὸν ἐν ὄχλῳ, sese abjicere ad plebem, aut sese abjecte vulgo permittere. Sirac. VIII. 16. ubi καταβάλλειν est occidere. Confer ibi Syrum. Sirac. g
XIV. 16. (18.) καταβάλλει passive dejiciuntur. 2 Maccab. II. 13. καταβαλλόμενος βιβλιοθήκην fundans vel construens bibliothecam.

ΚΑΤΑΒΑΡΥ'ΝΩ, degravo, it. molestia afficio. כָּבֵד, vir. Joël. II. 8. καταβαρυνόμενοι ἐν τοῖς ὅπλοις αὐτῶν, graviti armis suis. Legerunt כָּבֵד. — כָּבֵד, gravis sum. 2 Sam. XIII. h
25. οὐ μὴ καταβαρυνθῶμεν ἐπὶ σέ, ne molesti tibi simus. Adde Theod. Ies. XXIV. 20. — כָּבֵד, gravis. 2 Sam. XIV. 26. κατεβάρυνεν ἐπ᾽ αὐτόν, gravabat illum. Sir. VIII. 18. ἵνα μὴ καταβαρύνηται κατά σου, ne molestum se tibi præbeat.

ΚΑΤΑΒΑ'ΣΙΟΣ, descendens, q. d. descensivus. Sap. X. 6. καταβάσιον πῦρ πενταπόλεως, cœlitus descendentem ignem in Pentapolin. Καταβάσιον, i
descensus, legitur apud Suidam T. III. p. 155. ed. Küsteri.

ΚΑΤΑ'ΒΑΣΙΣ, descensus, etiam locus, ad quem descenditur. *בָּשָׁן, Basan, nomen proprium. Jos. XII. 5. sec. Oxon. πάσης τῆς καταβάσεως. Aliquando mihi videbatur hæc versio e literis Hebraicis Græce scriptis orta fuisse, sed nunc sententia mutata statuere mallem, esse hanc lectionem versionem alius interpretis etymologiam vocis Hebr. prementis.

a Nam *Batanæa* dicta est a *solo plano et feraci* بثنة. Cæterum κατάβασις h. l. notat *locum, ad quem descenditur.* — דֶּרֶךְ, *via.* Ezech. XLVIII. 1. — יוֹרֵד, part. *descendens.* 2 Reg. XII. 20. — מוֹרָד, *descensus.* Jos. X. 11. ἐπὶ τῆς καταβάσεως Βηθωρῶν, in *descensu* Bethoron. Cf. 1 Maccab. III. 24. et Luc. XIX. 37. 1 Reg. VII. 28. Mich. I. 4. — רֶדֶת, infin.
b a יָרַד, *descendendo.* 1 Sam. XXIII. 20. Adde Herodot. II. pag. 135. 28.

ὌΡΟΣ ΚΑΤΑΒΑ'ΣΕΩΣ, *mons descensus.* מִדְבָּר, *desertum.* Jos. VIII. 24.

ΚΑΤΑΒΔΕΛΥ'ΣΣΟΜΑΙ, *abominor.* עָבַד, *servio.* Ez. XXXIV. 27. ἐκ χειρὸς τῶν καταβδελυσσομένων αὐτοὺς, e manu eorum, quibus illi abomina-
c tioni sunt, seu *quos abominabili servituti subjiciunt.* Doederleinius in Bibl. Theol. P. II. pag. 341. legere mavult καταδουλωσαμένων.

ΚΑΤΑΒΙΑ'ΖΟΜΑΙ, *cogo, adigo, vi compello.* הֶחֱזִיק, Hiph. *confirmo.* Exod. XII. 33. κατεβιάζοντο οἱ Αἰγύπτιοι τὸν λαὸν, Ægyptii *adigebant* s. *urgebant* populum. — פָּצַר, *insisto.* Gen. XIX. 3. κατεβιάζετο αὐτοὺς, καὶ
d ἐξέκλιναν πρὸς αὐτὸν, cum *precibus instaret,* diverterunt ad illum. — פָּרַץ, idem. 2 Sam. XIII. 25. κατεβιάσατο αὐτὸν, *insistebat precibus,* coll. v. 27. Vide quoque supra s. v. βιάζω.

ΚΑΤΑΒΙΒΑ'ΖΩ, *demitto, descendere facio, dejicio, deturbo.* הוֹרִיד, Hiph. a יָרַד, idem. Deut. XXI. 4. Jos. II. 18. δι' ἧς κατεβίβασας ἡμᾶς, per quam nos *dimisisti.* Jud. VII. 5.
e Jerem. LI. 40. Ezech. XXXI. 16. κατεβίβαζον αὐτὸν εἰς ᾅδου, *deturbabat* illum in infernum. Ita Matth. XI. 23. ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ, usque in infernum *deturbaberis,* ubi videndus Wolfius p. 203. Vide et Ezech. XXXI. 18. et Baruch. III. 18. Thren. I. 10. κατεβίβασεν ὑπέρογκα, h. e. vel, *dejecit vehementer,* h. e. *insigniter eversa fuit,* vel, præeunte Arabe, *dejecit eum arrogantia.* Sed f
pro hoc in Theodoreto legitur πέπτωκε θαυμαστῶς, et Codex Norimb. utramque versionem conjunxit. Psalm. CXVIII. 136. ubi pro κατέβησαν in aliquot codd. teste L. Bos. legitur κατεβίβασαν. Scil. cum κατέβησαν, quæ est præstantissima lectio, duriuscule dici videretur, mutatum est in κατεβίβασαν eodem sensu, sed usitatiore sermone. Inc. Gen. g
XXVII. 40. Aqu. Ps. LV. 8.

ΚΑΤΑΒΙΟ'ΟΜΑΙ, *vitam transigo, vita defungor.* אָכַל לֶחֶם, *edo cibum.* Amos VII. 12. ἐκεῖ καταβίου.

*ΚΑΤΑΒΛΑ'ΠΤΩ, *noceo, lædo, detrimento afficio.* 3 Maccab. VII. 8. μηδενὸς αὐτοὺς καταβλάπτοντος. Dionys. Hal. pag. 524. ed. Reisk. καταβλάπτειν τὴν γῆν, agrum *populare.* h

ΚΑΤΑΒΛΕ'ΠΩ, *despicio, deorsum specto, aspicio, respicio.* הִבִּיט Hiph. a נָבַט. Exod. III. 6. ηὐλαβεῖτο γὰρ καταβλέψαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, verebatur enim Deum *intueri.* — הִשְׁקִיף, Hiph. *prospecto.* Genes. XVIII. 16. κατέβλεψαν, *convertunt* se.

ΚΑΤΑΒΟΑ'Ω, *exclamo, vociferor.* יָרַד, *descendo.* Ex. XI. 8. καταβοήσονται sec. Ald. ubi tamen ex reli- i
quis libris reponendum est καταβήσονται. — צָעַק, *clamo.* Exod. V. 15. XXII. 23. 27. Adde Symm. 1 Sam. XXVI. 14. ubi καταβοᾷν τινὸς est nostrum einen anschreyen, *to annoy with clamour,* h. e. *clamore aliquem inquietare.* Vulg. bene: *clamas et inquietas regem.* — קָרָא, *voco.* Deut. XXIV. 15. Vide et 2 Macc. VIII. 3.

ΚΑΤΑΒΟ'ΗΣΙΣ, *clamor, vociferatio.* Sirac. XXXV. 15. ubi per *querelas* aut *invocationem opis* reddere mallem.

ΚΑΤΑΒΟΛΗ', *jactus fundamenti,*

structura. 2 Macc. II. 30. τῆς καινῆς οἰκίας ἀρχιτέκτονι τῆς ὅλης καταβολῆς φροντιστέον, novæ domus architectus universæ structuræ curam habere debet. Sic et καταβάλλεσθαι 2 Macc. II. 13. construere significat. Vide in καταβάλλω.

ΚΑΤΑΒΟΣΚΕ'Ω, *depasco.* בָּעַר : הִבְעִיר, *consumo, absumo.* Ex. XXII. 5. Vide s. v. καταβόσκησις. — רָעָה, *pasco,* etiam *depasco.* Symmach. et Inc. Psalm. LXXIX. 14. κατεβοσκήσατο.

ΚΑΤΑΒΟ'ΣΚΗΣΙΣ, *depastio, devastatio.* בָּעַר. Symm. Ies. VI. 13. Vox Hebr. etiam *depascere, absumere* notat, v. c. Ies. III. 14. Καταβόσκεσθαι in notione *interimendi* ac *perdendi* legitur apud Callim. H. in Dian. v. 125.

ΚΑΤΑΒΡΑΧΥ', pro κατὰ βραχὺ μέρος καιροῦ, *paulatim, brevi temporis spatio interjecto.* Sap. XII. 8. Heliodor. II. p. 69. Commel. Sed Coray p. 59. dedit κατὰ βραχύ. Phav. κατὰ βραχὺ, κατ' ὀλίγον.

ΚΑΤΑΒΡΟΧΗ', *irrigatio, madefactio.* שִׁקּוּי, idem. Theod. Prov. III. 8.

ΚΑΤΑ'ΒΡΩΜΑ, *cibus, esca.* אֹכֶל, infin. Deut. XXXI. 17. — אָכְלָה, *cibus.* Ezech. XXI. 32. XXXIII. 27. XXXIX. 4. — לָחוּם. Num. XIV. 9. — מַאֲכָל. Deut. XXVIII. 26. — *שָׁלָל, *spolium, direptio.* Incert. Ies. X. 2. Libere vertit Judith. X. 13. μέλλουσι δίδοσθαι ὑμῖν εἰς κατάβρωμα, *Judæi vobis prædæ erunt.* Eodem modo ib. VI. 3. κατάβρωσις legitur.

ΚΑΤΑ'ΒΡΩΣΙΣ, *depastio, devoratio.* אָכַל, *comedo, consumo.* Genes. XXXI. 15. Vide et Judith. VI. 3. et supra s. v. κατάβρωμα.

ΚΑΤΑΒΡΩ'ΣΚΩ, *depasco, devoro.* אָכַל, *edo.* Neh. II. 3. 13. — אָכְלָה, *cibus.* Ezech. XXXIX. 4. Vide et Sirac. XXXVI. 8. Drac. v. 49.

ΚΑΤΑΒΥΘΙ'ΖΩ, *demergo,* hinc καταβυθίζω εἰς βυθὸν, *demergo in profundum.* הִתְחַמֵּק, Hithp. *subduco* f
me. Symm. Jerem. XXXI. 22. καταβυθίσῃ εἰς βυθόν. Legit תִּתְעַמְּקִין, a rad. עָמַק, *profundum esse.*

ΚΑΤΑ'ΓΑΙΟΣ, *inferior,* quasi *versus terram.* תַּחְתִּים, plur. ex תַּחְתִּי, *inferiora.* Genes. VI. 16. κατάγαια, sc. μέρη, ubi alii legunt κατώγαια, alii κατώγια. Hippocr. Epist. ad Damaget. p. 1284. 25.

*ΚΑΤΑΓΓΕ'ΛΛΩ, *annuncio, indi-* g
co, defero, accuso. דִּבֵּר. Symm. Psalm. XXXIX. 6. καταγγέλλω. Sic certe edidit e duobus codd. Montf. דִּבֵּר h. l. *prædicandi* notionem habet. Cod. Vat. 754. habet: ἐὰν ἀπαγγείλω καὶ ἃ λέγω, quæ lectio mihi impressæ præferenda videtur. Ex καὶ ἃ λέγω facile ortum est καταγγέλλω. Hesych. καταγγέλλεται; κηρύσσεται. h

ΚΑΤΑΓΕ'ΛΑΣΤΟΣ, *ridiculus.* Sap. XVII. 8. καταγέλαστον εὐλάβειαν ἐνόσουν, *ridiculo timore languebant.*

ΚΑΤΑΓΕΛΑ'Ω, *derideo.* הָיָה לָבוּז, *sum contemptui.* Gen. XXXVIII. 23. — חָפֵר, *erubesco.* Mich. III. 7. — לָעַג, *subsanno.* Job. IX. 23. XXI. 3. Prov. XVII. 5. XXX. 17. — עָלַץ, *exsulto.* Ps. XXIV. 2. μηδὲ
καταγελασάτωσάν με οἱ ἐχθροί μου, ne- i
que *derideant* me inimici mei. Plerique statuunt, eos legisse יִלְעֲגוּ, sed illustranda potius est hæc versio e l. Arabica, in qua عَلَسَ Conj. IV. notat *clanculum risit, latenter risit, subrisit.* Cæterum hic construitur καταγελάω cum casu quarto, quemadmodum et Sirac. VII. 12. Alias et plurimum cum casu secundo. — שָׂחַק, *rideo.* 2 Par. XXX. 10. Job. V. 22. Prov. XXIX. 9. ad

a quem locum Jaegerus: E שָׂחַק sentiri passivum καταγελᾶται potest, si nominis ratio habeatur. Symmach. Psalm. XXXVI. 13. Adde Judith. XII. 11. Sirac. VII. 12.

ΚΑΤΑΓΕ´ΛΩΣ, *derisio, ludibrium.* קֶלֶס, *derisio.* VIta et VIIma ed. Ps. XLIII. 14. Sed potest quoque ibi ad לַעַג referri. — *עָפְרָה, *pulvis.* Mich. I. 10. Legit לְפַעֲרָה, a פָּעַר,
b *hiscere, dehiscere,* quod de oris hiatu, qui in cachinno conspicuus est, accipi potest. Fortasse autem loco καταγέλωτα, quod exhibet ibi Complut., reponendum est κατὰ γέλωτα, ut habet Vatic. 1 Macc. X. 70. ἐγὼ δὲ ἐγενήθην εἰς καταγέλωτα, ego vero factus sum in ludibrium. Phavorin. καταγέλως, ὀνειδισμὸς, ἐξουθένωσις. Idem: καταγέλως, ὁ πολὺς κατά τινος
c γέλως.

ΚΑΤΑΓΗΡΑ´ΣΚΩ, *senesco.* שֵׂיבָה, *canities.* Ies. XLVI. 4. ἕως ἂν καταγηράσητε, i. q. initio commatis ἕως γήρως.

ΚΑΤΑΓΙ´ΝΟΜΑΙ, *versor, habito, commoror, conversor.* יָשַׁב, *sedeo, habito.* Deut. IX. 9. κατεγινόμην ἐν τῷ ὄρει τεσσαράκοντα ἡμέρας, *commorabar* in monte quadraginta dies. —
d מוֹשָׁב, *habitatio.* Exod. X. 23. πᾶσιν (sc. τόποις), οἷς κατεγίνοντο, in omnibus locis, quibus *habitabant.* — — שָׁכַן, *habito.* Num. V. 3. ἐν οἷς ἐγὼ καταγίνομαι ἐν αὐτοῖς, in quibus ego *habito* inter illos.

ΚΑΤΑΓΙΝΩ´ΣΚΩ, *cognosco, intellego, percipio, condemno.* הִרְשִׁיעַ, Hiph. *condemno.* Deut. XXV. 1. ubi τῷ δικαιοῦν opponitur. — חָקַר,
e *investigo.* Prov. XXVIII. 11. πᾶς δὲ νοήμων καταγνώσεται αὐτοῦ, omnis vero prudens *penitus cognitum habebit* illum; ubi Aqu. et Theod. voce ἐξιχνιάζειν usi sunt. Fortasse tamen Arabicam significationem verbo חָקַר h. l. subjecerunt, quia eam contextui convenientiorem putarunt. Nam حقر est *vilipendit, contemsit.* — *מָעַל, *prævaricor, culpam contraho.* Symm. Jos. VII. 1. f
Masius in Comment. ad h. l. p. 119.: Verbum מָעַל reddit h. l. Symmachus καταγινώσκειν, h. e. *contemtim negligere atque rejicere,* quomodo etiam usurpabitur cap. XXII. et aliis sacræ paginæ locis. Hac lectione e Syriaco effícta, ut bene monuit ad h. l. Scharfenbergius, sincerior est illa, quam Montf. et Griesbachius e cod. Basil. et Coisl. g
I. protulerunt, κατεφρόνησαν. Sed nec κατεφρόνησαν commode hic locum habere posse mihi videtur, sed reponendum esse κατεφρονήθησαν. — מָאַס, *reprobo.* Symm. Job. XLII. 6. ubi *reprehendere* notat. Vulgat. bene: *idcirco ipse me reprehendo.* Sir. XIV. 2. μακάριος, οὗ οὐ κατέγνω ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, beatus, quem non condemnat anima, nec de graviore aliquo de- h
licto contristat, remordet, angit et affligit. Hoc quoque voluit Vulgatus: *qui non habuit animi sui tristitiam.* Ib. XIX. 5. καταγνωσθήσεται, *vituperabitur,* s. *meretur reprehensionem.*

ΚΑ´ΤΑΓΜΑ, *fractura.* עַצֶּבֶת, *dolor.* Incert. Psalm. CXLVI. 3.

ΚΑΤΑ´ΓΝΥΜΙ. Vide κατάγω.

ΚΑΤΑ´ΓΝΩΣΙΣ, *condemnatio.* Sir. V. 17. i

ΚΑΤΑΓΟΓΓΥ´ΖΩ, *obmurmuro, adversus aliquem murmuro.* 1 Macc. XI. 39.

ΚΑΤΑΓΡΑ´ΦΩ, *scribo, perscribo, conscribo.* הָעֲלָה, Hoph. *jubeor, ut ascendere faciam,* sc. *referendo in scriptum, scribendo.* 2 Par. XX. 35. Vulg. *quæ digessit.* — כָּתַב, *scribo.* Ex. XVII. 14. XXXII. 14. Num. XI. 26. Job. XIII. 26. κατέγραψας κατ' ἐμοῦ κακὰ, conscripsisti tanquam milites (Ar. كتب, *congregavit*

disposuitque equites in turmas), h. e. *decrevisti* contra me mala. Hos. VIII. 12. ubi pro *καταγράψω* Arabs legisse videtur *καταράξω*, *concutiam*. Vertit enim انوع. Exod. XXXII. 15. *καταγεγράφμενα* est i. q. *ἐγγράφειν*, cum quo et commutatur in codd. 1 Macc. IX. 22. *οὐ κατεγράφη*, *non sunt literis mandata*: ubi *καταγράφειν* non tam *conscribere* notat, quam *scribere* simpliciter, *consignare literis*. Κατὰ in compositione sæpe redundat. Vide infra s. v. *καταχέομαι*. De loco Esther. II. 22. sec. Complut. vide s. v. *καταχωρίζω*. 1 Macc. XIV. 26. *κατέγραψαν ἐν δέλτοις χαλκαῖς*. Respexit huc glossa Hesychii: *κατέγραψαν*, *κατέξυσαν*.

ΚΑΤΑ'ΓΧΩ, *strangulo*. הִכְרִיעַ, Hiph. *deprimo*. Theod. Jud. XI. 35. *κατάγχουσα κατῆγξάς με*, *strangulans strangulasti me*, h. e. in extremas me angustias conjecisti. Sed vid. etiam Phavorinus in *κατεαγότες*.

ΚΑΤΑ'ΓΩ, ΚΑΤΑΓΝΥ'Ω, ΚΑΤΑ'ΓΝΥΜΙ, *confringo*. גָּדַע, *abscindo*. Jerem. XLVIII. 25. *κατεάχθη κέρας Μωάβ*, *confractum est* cornu Moab. Hesych. *κατεάχθη* (sic enim legendum ex Jerem. l. c. pro *κατεάθη*), *κατεθλάσθη*, *κατεβάλλετο*, *ἐτίθετο*. — דּוּשׁ, *trituro*. Hab. III. 11. *ἐν θυμῷ κατάξεις ἔθνη*, in ira *confringes* gentes. Male ibi *κατάξεις* a Montfauconio vertitur per *detrahes*, et a Trommio in Concord. relatum est ad *κατάγω*, *deduco*. Reddendum est potius *confringes*. LXX fortasse legerunt תָּרֹץ a רָצַץ, *frangere*, quanquam etiam impressæ lectioni quoad sensum non male convenit. Nonnulli credunt, LXX transtulisse *κατήσεις*, coll. Ies. XXV. 10. — הָתַת, *frango*, *contundo*, *contero*. 2 Sam. XXII. 35. *κατάξας τόξον*, confringens arcum. — מָחַץ: *frango*. Al. Deut. XXXIII. 11. *κάταξον ὀσφῦν*, frange lumbos, sec. Vat. Sed pro *κάταξον* fortasse legendum ibi *πάταξον*, quod reliqui libri habent. Symmach. Ps. LXVII. 24. *κατάξῃ*. Sic Coislianus unus pro impresso *συγκατεάξῃ*. — עָצְמָה, *dolor*. Al. Ps. CXLVI. 3. *κατεαγμένα*, *fracta*. — שָׁבַר, *frango*. Symm. Ps. L. 18. *κατεαγυῖα*. Sed verba *κατεαγυῖα γέγονεν ἡ καρδία μου* sunt e loco Eusebii (Comment. p. 212.) male intellecto huc translata, ubi e collatione textus Eusebiani quisque videre potest. Symm. Ps. LXVIII. 21. *κατέαξε*, et Ps. XLVII. 8. *κατεάξεις*. Confer Matth. XII. 20. Suidas: *κατεάγη καὶ κατεαγότα*, *κεκλασμένα*. Phavor. *κατεαγὼς*, *κατα-θλάσας*. Idem: *κατεαγότος ἔχει θέμα ἄγω*, *τὸ κλῶ*, *παρακείμενος ἦχα*, *ὁ μέσος ἦγα*, *καὶ ἐν διαλύσει ἔαγα*, *ὅθεν μετοχὴ ὁ ἐαγὼς*, *καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ κατεαγώς*. Vide Lex. N. T. s. h. v.

ΚΑΤΑ'ΓΩ, *deduco*, *dejicio*, *deturbo*, *facio descendere*. דָּמַם, *sileo*. Ps. XXX. 22. *καταχθείησαν εἰς ᾅδου*, *deturbentur in infernum*. Fortasse legerunt: יִרְמוּ, *projiciantur*, ut etiam Chaldæus legit, a רָמָה, *projicere*. Alii vertere malunt: cum dolore ac mœrore in inferno sileant. Mihi autem LXX *καταχθείησαν* de suo addidisse videntur ob vocem sequentem, ut versio vocis יִדְּמוּ prorsus exciderit; exscindantur, et in sepulcrum detrudantur. — הֵבִיא, Hiph. a בּוֹא, *venire facio*. Gen. XXXVII. 27. ubi in codd. cum *ἄγειν* permutatur, unde luculenter apparet, *κατάγειν* esse *ducere* simpliciter. — הִגְדִּיל, Hiph. *magnum facio*. Ies. IX. 3. *κατήγαγες ἐν εὐφροσύνῃ*. Legerunt הִרְגִּיל · לוֹ הִרְגַּלְתָּ est *deducere infantem*, *et assuefacere eum ambulando*, aut *pedetentim deducere*. — הִגִּיעַ, Hiph. a נָגַע, *tangere facio*. Ies. XXVI. 5. *κατάξεις ἕως ἐδάφους*. —

a יָרַד, sed potissimum in Hiphil, הוֹרִיד, *descendo, descendere facio.* Gen. XXXIX. 1. οἳ κατήγαγον ἐκεῖ, qui illum eo *deducebant.* Genes. XLII. 38. κατάξετέ μου τὸ γῆρας μετὰ λύπης εἰς ᾅδου, *descendere facietis* me senem cum dolore in sepulcrum. Vide et 1 Sam. II. 5. 1 Reg. II. 6. κατάγει, *permittit, ut deducatur,* aut *descendat.* Ps. LV. 7. ἐν ὀργῇ λαοὺς
b κατάξεις: ubi κατάξεις non est *confringes,* ut Hieronymus in Epist. ad Suniam interpretatus est, potius: *deorsum ages,* ut sit futurum a κατάγω, non vero a καταγνύω. Vide et Ps. LIV. 26. Amos IX. 2. Abd. v. 3. et confer L. Bos. Proleg. in LXX Intt. c. 3. Prov. V. 5. κατάγουσι, ubi non legerunt יוֹרְדוֹת, sed מוֹרִידוֹת. Jer. IX. 17. καταγαγέτω-
c σαν οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν δάκρυα, *deducant* oculi vestri lacrymas. Vide et Jer. XIII. 17. Thren. I. 17. — יָשַׁר, *rectus sum.* 1 Reg. VI. 34. χρυσίῳ καταγομένῳ, auro *diducto.* — נָזָה *adspergo.* Ies. LXIII. 3. κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς τὴν γῆν. Confuderunt hunc versum cum v. sexto hujus capitis. — *נָתַן. Ez. XLIV. 14. ubi Semlerus non male conjicit
d pro κατάξουσι reponendum esse καὶ τάξουσι. Certe Itala quoque habet *ponent.* — רָדָה, *dominor.* Thren. I. 14. Derivarunt יִרְדֶּנָּה, *dominatus est ei,* a יָרַד, *descendere.* Idem valet de versione Theodot. Ps. XLIX. 15. qui pro יִרְדּוּ, *dominabuntur,* legit יֵרְדוּ a יָרַד. — *שׂוּם, *pono.* Jer. XIX. 8. κατάξω. Sed melior est lectio codd., quos Nobilius dicit habere καὶ τάξω, quæ quoque reperitur in Vers. Arab. et Cod. Syr.
e Hexaplari. Vide quoque supra s. v. נָתַן. — שָׁפַת, *dispono.* Ps. XXI. 6. — שִׁשָּׂה, Pih. q. d. *sexto,* h. e. *sextuplici unco extraho,* aut *sextam partem relinquo.* Al. sec. ed. Compl. Ezech. XXXIX. 2. κατάξω. Lud. de Dieu in Critica Sacra ad h. l. vocem Hebr. illustrat e lingua Æthiopica, in qua שׁשׁו est *ambulare, obire,* et in Conjugatione transitiva *quaquaversum ducere et seducere.* Hinc Vulgatus: *seducam te.* f
Sirac. XXII. 20. ὁ νύσσων ὀφθαλμὸν κατάξει δάκρυα, ubi κατάγειν est *elicere,* quasi *deducere,* coll. XXXVIII. 16. ubi κατάγειν δάκρυα est *effundere lacrymas.*

ΚΑΤΑΔΑΜΑ'ΖΩ, *domo, perdomo,* etiam sensu venereo *subigo.* חָרַשׁ, *aro.* Jud. XIV. 18. εἰ μὴ κατεδαμάσατέ μου τὴν δάμαλιν, nisi domuissetis meam vitulam. Vide Intt. ad h. l. g

*ΚΑΤΑΔΑΠΑΝΑ'Ω, *consumo, impendo, sumtus facio.* Drac. v. 21. κατεδαπάνων τὰ ἐπὶ τῆς τραπέζης sec. Complut. Reliqui libri habent ἐδαπάνων.

ΚΑΤΑΔΑΠΑΝΑ'ΟΜΑΙ, *consumor.* Sap. V. 14. ἐν δὲ τῇ κακίᾳ ἡμῶν κατεδαπανήθημεν, in malitia nostra *consumti sumus,* h. e. *pereundum nobis fuit.* h

ΚΑΤΑΔΕΕ'ΣΤΕΡΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *inferior sum.* נָפַל, *cado.* Symm. Job. XIII. 2. nunc inferior sum vestri, nempe sapientia ac prudentia: unde LXX non male transtulerunt ἀσυνετώτεροι. Theoph. Char. Proœm. 3. Æschin. c. Ctesiph. p. 434. T. II.

ΚΑΤΑΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, *ostendo, demonstro, doceo, creo, auctor sum, invenio.* אָב, *pater,* it. *auctor.* Genes. IV. 20. οὗτος ἦν ὁ καταδείξας (ubi non legerunt בָּרָא, ut nonnulli judicarunt) ψαλτήριον καὶ κιθάραν, hic *invenit* psalterium et citharam. Eodem sensu verbum apud alios scriptores occurrit. Herodotus Lib. I. c. 171. καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι, Κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες, *etenim galeas cristis alligare Cares invenerunt,* et Lib. I. c. 163. οἱ δὲ Φωκαιέες οὗτοι ναυτιλίῃσι μακρῇσι i

e αὐτῶν ὀπίσω Ἀβιμέλεχ, inclinabat cor illorum post Abimelechum, h. e. efficiebat, ut Abimelecho faveret s. a partibus ejus staret. Vid. et 1 Reg. II. 28. Jud. XVI. 30. sec. Alex. Ald. Compl. 2 Reg. XIX. 16. κλῖνον, κύριε, τὸ οὖς σου, inclina, Domine, aurem tuam. Vide et Ps. XVI. 7. XXX. 3. Ps. CI. 12. αἱ ἡμέραι μου ὡσεὶ σκιαὶ ἐκλίθησαν, dies mei, tanquam umbra, inclinati sunt, h. e. vita mea similis est umbræ inclinatæ, seu: mox f finem habebit. Jerem. VI. 4. κέκλικεν ἡ ἡμέρα, sc. εἰς ἑσπέραν, h. e. vesperascit. Ps. XX. 12. κλίνειν εἰς τινὰ κακὰ est consilia impia capere contra aliquem. Metaphora desumta est a venatoribus, qui plagas et retia tendunt feris. Nam נָטָה est quoque tendere. — נָטַשׁ, extendo me. 1 Sam. IV. 2. — *עָשׂוֹן. Vide infra s. v. עָשָׂה. — עֶרֶשׂ, lectus. Amos III. 12. ubi tamen Drusius Miscell. Cent. I. c. 42. non præter rationem suspicatur, quod pro ἐν Δαμάσκῳ κλινῇ ἱερεῖς LXX primum scripserint ἐν Δαμάσκου ἄρες vel ἔρες, in alia vero editione pro hoc lectum sit ἐν Δαμάσκου κλίνῃ, h. e. in Damasci grabbato juxta Hieronymum, atque inde κλινῇ corrupte τοῖς ἱ insertum sit pro κλίνῃ. — עָשָׂה, facio. 1 Sam. XIV. 32. ubi ἐκλίθη an cum Bielio ad lectionem textualem וַיַּעַשׂ, aut cum reliquis Intt. ad marginalem וַיַּעַט (ab עָטָה, quod præter alia notat cum impetu ferri, invehi, involare) referendum sit, vix definiri poterit. Nam, ut Schultensius ad Prov. XXXI. 30. docuit, עָשָׂה proprie est incumbere, et in l. Arab. غشى deflectere, etiam irruere notat. Confer quoque Fischeri Prol. de Vers. GG. V. T. p. 160. — *פּוּר : הִתְפֹּרֵר. Theod. Ies. XXIV. 19. κλινομένη κλιθήσεται ἡ γῆ, sec. Montf. in fugam acta fugiet terra. Sed possunt hæc verba eodem jure quoque ad sequentia מוֹט הִתְמוֹטְטָה, aut ad נוֹעַ תָּנוּעַ v. 20. referri, in quo posteriori loco etiam LXX voc. κλίνειν usi sunt. — פָּנָה, respicio

Jud. XX. 42. ἐπέβλεψαν ἐνώπιον ἀνδρὸς Ἰσραὴλ, terga dederunt Israëlitis. Recte, hunc enim sensum habet h. l. פָּנָה. Jer. VI. 4. κέκλικεν ἡ ἡμέρα. Inc. 1 Sam. X. 9. — צָעָה : צָעָה Kal et Pih. perago, peregre ago. Jer. XLVIII. 12. Respexerunt notionem inclinandi, quam habet vox Hebr. Vide Simonis Lex. Hebr. p. 1378. Doederleinius in notis ad Grotium : צָעָה est inclinare vas, in latus vertere, sternere. Hinc κλίνοντες sunt tralores (ut Vulg. transtulit), qui vasa sternunt, ut effundant. Arabs loco κλίνοντας et κλινοῦσι legit κρίνοντας et κρινοῦσι. — רָפָה, deficio. Inc. et LXX Jud. XIX. 9. κέκλικεν ἡμέρα εἰς ἑσπέραν, dies inclinavit in vesperam. Ex hoc loco patet, quod in verbis paulo ante ex Jud. XIX. 11. IX. 3. Jer. VI. 4. adductis, ut et Luc. IX. 12. XXIV. 29. εἰς ἑσπέραν subaudiendum sit. Confer et Raphelii not. Polyb. p. 201. — יִשָּׁעֵן, incurvo me. Aqu. Cohel. IV. 12. κλιθήσονται. Sir. IV. 8. et VI. 35. κλίνειν τὸ οὖς, benevolas praebere aures. Sir. XV. 4. LI. 22. ubi κλίνειν τὸ οὖς attentum esse notat.

*ΚΛΙΣΙ'Α, proprie accubitus, deinde locus, ubi accumbitur, sella, tentorium. 3 Macc. VI. 31. τόπον κλισίας συμποσίου, locum tabernaculorum instruere, h. e. tentoria, tabernacula ibi fixerunt. Hesych. κλισία, κλίνη, σκηνή. Plutarch. de Discrim. Am. et Ad. c. 22. Joseph. A. J. XII. 2. p. 594. Haverc. κλισίαν ποιεῖν de struenda sella, vel potius de pulvinaribus sellae apponendis. Conf. Lex. N. T. s. h. v.

ΚΛΙ'ΣΙΣ, inclinatio. יַרְכָּה, latus. Ps. CXXVIII. 3. ἐν ταῖς κλίσεσι τῆς οἰκίας, in lateribus domus.

ΚΛΙ'ΤΟΣ, latus, plaga, angulus, extremitas. *יָד, manus, etiam latus. Num. XVIII. 4. sec. Compl. ubi κλίτος aut est glossema, aut alius interpretis. — יָרֵךְ, femur, etiam latus, terminus, angulus. Exod. XL. 20. 22. — כָּתֵף : כָּתֵף, latus. Ex. *f*
XXVII. 14. 15. Ezech. XLVII. 1. 2. — מִקְצוֹעַ, angulus. Ez. XLVI. 22. κατὰ τὰ κλίτη τῆς αὐλῆς, ad latera atrii. Gloss. MS. in Ezech. τὰ κλίτη, τὰ πλευρά. — פֵּאָה, idem. Ex. XXVI. 18. XXVII. 9. 11. et alibi saepius. — פְּעָמוֹת plur. anguli. Ex. XXV. 12. ἐπὶ τὰ τέσσαρα κλίτη αὐτῆς, ad quatuor angulos ejus. Lex. Cyrilli MS. Brem. κλίτη, κλίματα, γωνίαι. Exod. XXXVII. 3. — *g*
צַד. Ps. XC. 7. πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σοῦ χιλιὰς, cadent ex latere tuo mille. Apud Suidam ex h. l. κλίτος exponitur μέρος πλάγιον. Ex. XXV. 32. XXXVII. 19. — צֵלָע, latus. Exod. XXV. 12. 14. XXVI. 20. 27. et alibi. Adde Inc. et LXX sec. Compl. 2 Sam. XVI. 13. ubi reliqui habent πλευρά. — קָצֶה masc. *h*
finis. Exod. XXVI. 28. et XXXVI. 30. — קָצָה foem. idem. Ex. XXV. 18. 19. 20. et alibi. — רְחוֹב, platea, h. l. area. 2 Par. XXIX. 4.

ἈΠΟ' ΤΟΥ͂ ΚΛΙ'ΤΟΥΣ, a latere. לְעֻמַּת, e regione. 1 Reg. VII. 38.

ΚΛΟΙΟ'Σ, vinculum, quod collo circumdatur, jugum, collare, torques, catena. מוֹטָה, jugum. Jer. XXVII. 1. XXVIII. 10. 12. 14. Theod. *i*
Ies. LVIII. 16. — עֲבֹת, funes. Theod. et Vta Ed. Ps. CXXVIII. 4. κλοιούς. — עַבְטִיט, densum lutum. Hab. II. 6. Ita Bielius Trommium secutus, sed loco ipso non inspecto. Nam τῷ עַבְטִיט respondet ibi στιβαρῶς, et τὸν κλοιὸν αὐτοῦ pertinet ad עֻלּוֹ. Male itaque nonnulli statuunt, LXX עַבְטִיט derivasse ab עֲבוֹט, pignus, aut ab עֲבֹת, funis. — עֹל, jugum. Deut. XXVIII. 48.

a ἐπιθήσῃ κλοιὸν σιδηροῦν ἐπὶ τὸν τράχηλόν σου, imponat jugum ferreum cervici tuæ. Similiter Plutarchus in Fabio: ἐπιθήσει κλοιὸν σιδηροῦν ἐπὶ τράχηλόν σου. Conf. Sir. VI. 26. Schol. Cerdæ in Psalter. Salom. apud Fabricium in Cod. Pseudepigr. V. T. pag. 980. Salmasium de Mod. Usur. p. 814. et Fullerum Miscell. Sacr. Lib. V. c. 2. 1 Reg. XII. 4. 9. 10. 14. —

b *עַל, *super*. Hab. II. 6. τὸν κλοιὸν αὐτοῦ, ubi pro עָלָיו legerunt עֻלּוֹ, vel עֻלּוֹ, seu עֻלָיו. — עֲנָק, *torques*. Jud. VIII. 26. Prov. I. 9. In utroque loco κλοιὸς non est, ut vulgo sumitur, *vinculum, quod ad constringendum et coërcendum injicitur*, sed *torques ad ornandi pulchritudinem et dignitatem*, de qua significatione nihil commemoravit H. Stephanus

c et Spanhemius in Confirm. Annot. ad Juliani Cæs. p. 38. Pro *torque* tamen extat Genes. XLI. 42. unde est ἐγκλοιοῦσθαι, quod vide supra. — רָבִיד, idem. Gen. XLI. 42. περιέθηκε κλοιὸν χρυσοῦν περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, circumposuit *torquem* auream circa collum ejus. Aqu. Symm. Ezech. XVI. 11. Confer Sirac. VI. 31. — שֵׂכֶל, *intellegentia*. Dan. VIII. 25.

d Vide infra ad Sir. VI. 25. a me notata. — שְׁלָטִים plur. *scuta*. Al. 1 Par. XVIII. 7. et Aqu. 2 Sam. VIII. 7. κλοιοὺς τοὺς χρυσοῦς, ubi vide Hex. — Sir. VI. 25. ubi κλοιὸς metaphorice notat *leges* et *præcepta sapientiæ et religionis*. Verba sunt: εἰσένεγκαι εἰς τὸν κλοιὸν αὐτῆς (sc. σοφίας) τὸν τράχηλόν σου, et ibid. v. 30. οἱ κλοιοὶ αὐτῆς ἔσονταί σοι εἰς στολὴν

e δόξης. Nihil autem usitatius est Græcis et orientalibus scriptoribus comparatione legum ac præceptorum Dei vel cum vinculis, vel cum jugo et onere, ut nempe partim earum vis obstringens indicetur, partim molestia innuatur conjuncta illa cum primis veræ sapientiæ acquirendæ conatibus. Confer s. ζυγὸς et πέδη.

Hesych. κλοιὸς, μέρος τι τῆς νηὸς, ἢ περιτραχήλιος δεσμὸς, κολλάριον, ἤτοι f μανιάκης. Gloss. Brem. κλοιὸν, περιδέρον (lege περιδέραιον) περὶ τὸν τράχηλον. Confer Schol. Aristoph. in Vesp. v. 900. Fullerum Miscell. Sacr. Lib. V. c. 8. ac Schefferum de Antiqu. Torqu. §. 2. pag. 9. Lucian. Revivisc. c. 12. pag. 581. ἰώρων περιδέραια χρυσᾶ, τῶν κλοιῶν παχύτερα.

ΚΛΟΝΕ'Ω, *commoveo, agito, turbo,* g *perturbo*. Κλονοῦμαι, *irascor, indignor, moveor,* etiam *rixor, contendo.* נוּעַ. Symm. Jud. IX. 13. κλονεῖσθαι. — רָגַז, *commoveor*. Aqu. (sec. Procop. Cat. Nic. T. II. p. 146.) Ex. XV. 14. ἐκλονήθησαν, ubi Schol. ἐταράχθησαν, quæ vox in Hex. Incerto tribuitur. Aqu. 1 Sam. XXVIII. 15. ubi Vulgat. *inquietare*. Aqu. 2 Sam. VII. 10. Vulgat. *turbabitur,* h h. e. *deturbabitur de sedibus suis:* ubi vide Hexapla. Aqu. 2 Sam. XVIII. 30. Idem Ies. XIII. 13. Genes. XLV. 24. κλονεῖσθαι, *rixari*. Aqu. Job. III. 26. ubi notat *exagitare alios*. Idem Psalm. IV. 5. κλονεῖσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, *per me moveamini*, sed videte, ne sic Deum offendatis. Hesych. κλονεῖ, ταράσσει, φθείρει, φοβεῖ. Idem κλονέονται, ταράττονται. i Idem κλονέοντο, ἐθορυβοῦντο, ἐταράσσοντο, καὶ τὰ ὅμοια. Id. ἐκλονεῖτο, ἐταράσσετο, κλόνος γὰρ ἡ ταραχή. Lex. Cyrilli MS. Brem. κλονουμένου, ταρασσομένου, σαλευομένου.

ΚΛΟ'ΝΗΣΙΣ, *commotio, perturbatio*. רֹגֶז, *commotio, tremor*. Aqu. sec. Hex. Job. III. 26. κλονήσεως, cujus loco apud L. Bos. post Drusium κλονῆσαι perperam exhibetur. Id. Job. XIV. 1. κλονήσεως. Vulgat. *repletur multis miseriis.*

ΚΛΟ'ΝΟΣ, *motus, turba, perturbatio.* רֹגֶז, *commotio, tremor*. Al. Job. III. 26. κλόνος. Vocem hanc Drusius tanquam scholion attulit. V. κλόνησις. Suidas: κλόνος, θόρυβος, τάραχος.

a ΚΛΟΠΗ', *furtum.* גַּנָּב, *fur.* Jer. XLVIII. 27. ἐν κλοπαῖς σου εὑρέθη. Legerunt בִּגְנוּבֶיךָ. — גָּנֹב infin. Hos. IV. 2. — גָּנוּב part. Pah. Proverb. IX. 17. — גֻּנַּב Pyh. Job. IV. 12. πρὸς ἐμὲ δὲ ἐλαλήθη λαθραίως ἐν κλοπῇ. Ita quoque Symm. Duæ hic versiones coaluerunt, quarum altera fortasse desumta est ex altera Symm. editione. Vide Tob.
b IV. 12. Sap. XIV. 25. Sir. XLI. 23. et confer Matth. XV. 19. Marc. VII. 22.

ΚΛΟΠΟΦΟΡΕ'Ω, *furtim aufero, diripio.* גָּנַב, *furor,* et גָּנַב לֵבָב, *furor cor.* (utrumque enim h. l. in textu Hebr. extat.) Genes. XXXI. 26.

ΚΛΥ'ΔΩΝ, *fluctus, procella, tempestas.* סַעַר, *procella.* Jon. I. 4. 12.
c Confer Lex. N. T. s. h. v. — סֹעֵר part. *procellis agitatus.* Jon. I. 11. Sap. XIV. 5. XIX. 7. 1 Macc. VI. 11. ubi κλύδων metaph. de *magna et vehementi calamitate* adhibetur, et cum θλῖψις permutatur. Verba sunt: ἕως τίνος θλίψεως ἦλθον καὶ κλύδωνος μεγάλου. Vulgatus: *in quantam tribulationem deveni, et in quos fluctus tristitiæ, in qua nunc sum.*
d Conf. Glassii Philol. S. pag. 1075. Hesych. κλύδων, χώρα, καὶ ἡ τοῦ ὕδατος φορὰ, ἢ κυμάτων σφοδρότης. Lex. Cyrilli MS. Brem. κλύδων, λαῖλαψ, καταιγὶς, ἐπιφορὰ ἀνέμου σφοδροῦ.

ΠΟΛΥ'Σ ΚΛΥ'ΔΩΝ, *multi fluctus, magna tempestas.* רֹאשׁ חִבֵּל, *summitas mali nautici.* Prov. XXIII. 34. Legerunt בְּרַעַשׁ חֹבֵל vel בְּסַעַר, quæ est ipsa legendi pro-
e nuntiandique ratio, quam Michaëlis vulgatæ præferendam judicavit.

ΚΛΥΔΩΝΙ'ΖΟΜΑΙ, *fluctuum ad instar agitor, fluctibus agitor, fluctuo.* נִגְרַשׁ כַּיָּם Niph. *propellor sicut mare.* Ies. LVII. 20. οἱ δὲ ἄδικοι κλυδωνισθήσονται, injusti autem tanquam fluctus agitabuntur. Conf. Ephes. V. 14. et Lex. N. T. s. h. v. Hesych. κλυδωνίζεται, ταράττεται, παρακρούεται. f

ΚΛΥ'ΖΩ, *abluo, lavo.* שָׁטַף, *immergo.* Lev. VI. 28. ubi pro κλύσει alii habent ἐκκλύσει. Symmach. Ies. XXVIII. 15.

ΚΛΩ'ΘΩ, *neo, glomero.* Hinc part. præt. pass. κεκλωσμένος, *netus, tortus, glomeratus.* מָשְׁזָר, *contortum, duplicatum.* Exod. XXVI. 1. 36. XXVII. 9. et alibi sæpius.—פְּתִיל, *filum, funiculus.* Ex. XXVIII. 33. g
—שָׁנִי, *dibaphum, bis tinctum,* etiam *duplicatum.* Ex. XXVI. 1. XXVIII. 33. ἐκ κοκκίνου κεκλωσμένου, sc. σπαρτίου, ex filo coccineo *retorto.* Præterea legitur quoque apud LXX Exod. XXV. 4. ubi κεκλωσμένην post βύσσον huc ex cap. XXVI. 1. irrepsisse videtur. Nihil enim ei respondet in textu Hebraico. Hesych. κεκλωσμένου, διανενησμένου. Vide et Sir. h
XLV. 12.

ΚΛΩ'Ν, *ramulus, surculus.* Sap. IV. 5. περικλασθήσονται κλῶνες ἀτέλεστοι, resecabuntur *ramuli* imperfecti. Lex. Cyrilli MS. Brem. κλῶνες, κλάδοι. Vide quoque supra s. v. ἄγνος.

ΚΛΩ'ΝΕΣ ΠΟ'ΔΩ'Ν, *extremitates s. plantæ pedum.* בַּדֵּי עוֹר, *vectes cutis.* Job. XVIII. 13. Κλῶνες in universum τὰ ἄκρα significare vi- i
detur.

ΚΛΩ'ΣΜΑ, *filum* vel *funiculus contortus,* ἀπὸ τοῦ κλώθειν, a *convolvendo* vel *contorquendo* sic dictus. פְּתִיל, idem. Num. XV. 36. κλῶσμα ὑακίνθινον, *filum* hyacinthinum. Theod. et LXX Jud. XVI. 9. Inc. Exod. XXVIII. 18. Confer Sirac. VI. 32. κλῶσμα ὑακίνθινον, ubi Aldus excudit κλᾶσμα, i. e. *fragmen,* sive: *frustum.* Sed judice Drusio κλῶσμα est rectum, et sine dubio respexit auctor libri ad locum Num. XV. 36.

a ΚΛΩΣΤΟ'Σ, netus, tortus. שָׁזוּר, duplicatum. Levit. XIV. 4. τὸ κλωστὸν κόκκινον, scil. σπαρτίον, filum tortum coccineum.

ΚΝΑΙ'Ω. Vide in κναίζω.

ΚΝΑΦΕΥ'Σ, fullo. כּוֹבֵס, idem. Aqu. Symm. Theod. Ies. VII. 3. Vide supra γναφεύς.

ΚΝΑ'Ω, scalpo. הִתְגָּרֵד Hithp. a גָּרַד. Hebr. Int. Job. II. 8.

b ΚΝΗ'ΜΗ, tibia, crus. שׁוֹק, idem. Deut. XXVIII. 35. Cant. V. 16. Ies. XLVII. 2. Psalm. CXLVI. 11. ubi Chrysostomus intellexit περικνημίδας, ocreas: non omnino male. Pro tibiis ed. Rom. et Gallic. Hilar. et Augustin. habent tabernacula, etiam Arnobius. Hi igitur Latini Intt. legerunt σκηναῖς, quæ varietas ex Hebræo nata est, quod alii lege-
c runt שׁוֹקֵי, tibias, alii בְּאָהֳלֵי, tabernacula. Add. οἱ λοιποὶ Ex. XXIX. 22. Vide quoque Montf. ad 1 Sam. IX. 24. ubi Aquila et reliqui hac voce usi sunt. — שָׁק Chald. Dan. II. 33. Confer de hac voce, quæ ex Photii Epistola notat Hoeschelius ad Phrynichum v. κωλύφιον p. 27.

ΚΝΗΜΙ'Σ, tibiale, ocrea. מִצְחָה, vulgo frontale, etiam idem cum
d Arab. transposito خصمة, ocrea, tibiale, a splendore. 1 Sam. XVII. 6. κνημῖδες χαλκαῖ ἐπὶ τῶν σκελῶν αὐτοῦ, ocreæ ferreæ in cruribus ejus. Fuit militare calceamentum, quod Græcos etiam gestasse patet ex Homeri et Hesiodi locis observatis Feithio Antiqu. Homer. Lib. IV. c. 8. p. 341. Unde etiam Achivi Homero Il. H', v. 41. vocantur χαλκο-
e κνημῖδες, h. e. juxta Hesychium: οἷς σιδηραῖ ἦσαν ἢ χαλκαῖ αἱ κνῆμαι. — שׁוֹק, tibia, crus. Rel. Levit. VIII. 25. Suidas: κνημίς, τὸ περιτιθέμενον τοῖς ποσὶν ὑπὸ τῇ κνήμῃ ὑπόδημα.

ΚΝΗ'ΦΗ, prurigo, pruritus, scabies. חֶרֶס, scabies. Deut. XXVIII. 27. Gloss. in Octat. κνήφῃ, τῇ ἐλεφαντιάσει. Vide supra s. ἐλεφαντίασις.

ΚΝΙ'ΖΩ, vello, pungo, pruritum excito, seco, rado, abscindo. בָּלַס, f perquiro, colligo. Amos VII. 14. αἰπόλος ἤμην κνίζων συκάμινα, caprarius eram secans sycamina. Liberius transtulerunt, aut secuti sunt notionem verbi בָּלַס nobis ignotam. Pertinet huc Glossa Hesychii: κνίζων, τουτέστι κεντῶν, ὥστε γενέσθαι πέπειρα. Inde etiam in Gloss. MSS. in Proph. κνίζων συκάμινα, συλλέγων, ἐσθίων. Lex. Cyrilli MS. Brem. κνί- g
ζων, ἀποτέμνων. Hesych. Κνίζειν, ἢ κνιζεύων, λυπῶν, ἢ συκάμινα τέμνων. Suidas: Κνίζων, αἱμακτικῇ, λυπῶν ἢ τέμνων. Conf. Dahlium ad Amos l. l. et Bocharti Hieroz. P. I. Lib. 2. c. 30. p. 384. — קָרַץ, vellico. Aqu. Theod. Prov. VI. 30. Aqu. Symm. Theod. Prov. XVI. 30.

ΚΝΙ'Σ, Ι'ΔΟΣ, urtica. סִרְפָּד, idem. Symm. Ies. LV. 13. h

ΚΝΙ'Ψ (vel σκνίψ: utroque modo enim scribitur, uti et Latini codd. modo sciniphes, modo ciniphes, utrumque recte, exhibent), quid proprie sit, non ita liquidum. Aristoteles Hist. Anim. Lib. VIII. c. 3. σκνίπων meminit, et σκνιποφάγων, ubi Latinus interpres culices et culicibus vescentes vertit. Theophrastus Lib. II. Hist. Plant. cap. ult. et Lib. i
IV. ad genus vermiculorum refert, qui lignum vorant et arrodunt, atque ait, eos arboribus, maxime quercubus et ficui, nocere, e quo sua hausit Plinius Lib. XVII. c. 24. Vide Bonfrerii Comment. ad Pentat. p. 378. כִּנִּים plur. culices. Ps. CIV. 30. Vide s. σκνίψ.

ΚΝΩ'ΔΑΛΟΝ, bestia, fera, animalia omnis generis tam terrestria k
quam aquatica et aërea, speciatim venenata ac noxia. Conf. Nicandr. in Ther. v. 98. 759. Sap. XI. 16. ἐθρήσκευον ἄλογα ἑρπετὰ καὶ κνώδαλα εὐτελῆ, colebant reptilia ratione carentia et animalia (insecta, Vulg. bes-

e τῶν) parva. Lex. Cyrilli MS. Brem. κνώδαλα, θηρία κυρίως μὲν θαλάσσια, ποτὲ δὲ καὶ χερσαῖα. Hesych. κνώδαλα, κυρίως τὰ θαλάττια θηρία. κνώδαλα γάρ ἐστι τὰ ἐν τῇ ἁλὶ κινούμενα. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ χερσαίου φησὶν κνώδαλον θηρίου, ἢ ζῶον μικρόν. Sap. XVI. 1. διὰ πλήθους κνωδάλων ἐβασανίσθησαν, multitudine animalium parvorum cruciabantur. Vide et Sap. XVII. 9.
f Unde in Gloss. MSS. τῆς Πανα(?)ρέτου· Κνωδάλων, θηρίων λεπτῶν. Vide quoque quos laudat Fischerus Ind. Æschin. s. h. v.

*ΚΟ΄ΘΩΝΟΣ. Est ipsa vox Hebr. כתנת, *tunicæ*, cui Esdr. II. 69. in ed. Rom. respondet, terminatione Græca addita, quod alibi etiam factum esse constat. Conf. Nehem. VII. 70. 72.

g ΚΟΙΛΑ΄Σ, *vallis, convallis*. *בֶּטֶן, *uterus, venter*. Hos. XII. 3. sec. Compl. ubi loco κοιλάδι necessario reponendum est κοιλίᾳ, ut alii recitius habent. — גַּיְא, *vallis*. Jos. VIII. 11. — גַּי, idem. Zach. XIV. 5. ubi pro κοιλὰς alii φάραγξ habent. — גַּיְא, idem. 1 Paral. XVIII. 12. 2 Par. XXV. 11. — זְאֵב, *Zeeb*, nomen proprium. Theod. Jud. VII.
h 25. ubi Scharfenbergius non Theodotionem, quia forte pro זְאֵב legerit עֵמֶק, scripsisse credit ἐν Ἰακὴβ τῇ κοιλάδι, sed librarios, ut supra VI. 26., nomini proprio loci vocabulum κοιλάδι tanquam glossema addidisse. Sed huic conjecturæ idea accedere non possum, quia Symmachus habet: ἐν τῇ κοιλάδι Ζήβ, teste Hieronymo, cujus verba hæc
i sunt: *In Aczeb, pro quo Symmachus transtulit in valle Zeb.* Suspicor igitur, in vers. Theod. h. l. duas versiones coaluisse, et in Hexaplis reponendum esse: Σ. ἐν τῇ κοιλάδι Ζήβ. Θ. ἐν Ἰακὴβ — ἄλλος ἐν τῇ κοιλάδι — ut adeo κοιλὰς in utraque versione respondeat Hebr. יֶקֶב, quod *omnem locum depressum et humilem* notat, ab Arab. وقب, *depressus et humilis fuit*. — *יֶקֶב. Vide proxime *f*
antecedentia post זְאֵב. — *מַעֲרָכוֹת, *ordines, acies, castra*. Inc. et LXX sec. Compl. 1 Sam. XXIII. 3. Fortasse auctor hujus versionis respexit lectionem מַעֲרוֹת, h. e. *loca plana, planities*, nisi statuere malimus, κοιλάδα explicandum esse de *valle, in qua castra posita*, aut *acies instructa erat*. — *עֲמָלֵק, *Amalec*, nomen proprium. Jud. V. 15. sec. cod. Alex. *g*
ἐν κοιλάδι ἀδελφοῦ σου. Legerunt בְּעֵמֶק אָחִיךָ, quæ lectio etiam sententiæ melius convenire videtur. — עֵמֶק, *profunditas, vallis*. Gen. XIV. 8. 10. Psalm. LIX. 6. τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω, vallem tentoriorum dimetiar. Ad quem locum Theodoretus et ex illo Suidas: κοιλάδα σκηνῶν, τὴν τῶν Ἰσμαηλιτῶν χώραν, ὡς ἔρημον γεγενημένην, καὶ ποιμενικὰς τηνικαῦτα σκηνὰς δεξαμένην. Vide *h*
et Ps. CVII. 7. Ps. LXIV. 14. αἱ κοιλάδες πληθυνοῦσι σῖτον, valles abundabunt frumento. Inde forsitan apud Hesychium: κοιλάδες, πεδία, λιβάδες. Inc. Jos. VII. 24. κοιλάδα Ἀχὼρ, quæ verba sec. Cod. Coislin. Append. T. I. p. 708. et Procopium in Cat. Niceph. pag. 47. Symm. ac Theod. vindicanda sunt. Ibid. v. *i*
26. Aqu. Symm. Theod. Gen. XIV. 3. et 1 Reg. XX. 28. Symm. Job. XXXIX. 10. ubi κοιλάδες sunt *glebæ vallium; sulci*. Vulgat. *aut confringet glebas vallium post te*: Pro גֵּיא־הָעֵמֶק quoque usus est hac voce Symmachus Jos. XIX. 27. secundum Eusebium in Onom. s. v. βηθεμὰκ, ubi tamen ex Hieronymo, qui *k*
locum vallis habet, τόπον κοιλάδος reponendum erit. — שְׁפֵלָה, *planities, locus humilis*. Symm. Ies. XXXII. 19. Idem Abd. 19. — *שִׂרְיוֹן, nomen proprium. Cant. II. 1. κρίνον

a τῶν κοιλάδων. Vulg. *lilium convallium.* Sc. vox Hebr. notat quoque *omnem regionem fertilem et amœnam ac pascuis abundantem.*

ΚΟΙΛΑ'ΔΕΣ, *concavitates in pariete.* שְׁקַעֲרוּרֹת plur. *fossulæ fœdæ.* Levit. XIV. 37. ubi vide Interpretes.

*ΚΟΙ'ΛΑΣΜΑ. מוֹקֵשׁ, *laqueus, rete.* Ies. VIII. 14. ἐν κοιλάσματι sec.
b Vat. et Hexapla: ubi reliqui libri κοιλώματι habent. Κοίλασμα videtur h. l. esse *tendicula,* seu: *rete super foveam expansum.* Conf. Mathem. Vett. p. 37.

ΚΟΙΛΙ'Α, *cavum, cavitas, venter, uterus, viscera.* בֶּטֶן, idem. Ezech. III. 2. ἡ κοιλία σου πλησθήσεται τῆς κεφαλίδος ταύτης, *venter* tuus implebitur hoc libro. Jon. II. 3. ἐκ κοιλίας
c ᾅδου, ex *medio* inferni. Conf. Sirac. LI. 7. Olympiodorus Caten. in Job. XV. 35. p. 298. κοιλίαν δὲ ὅλον τὸ ἐντὸς χωρίον φησί. 2 Par. XXI. 15. et 19. κοιλία *intestina* notat. Compl. ibi habet τὰ ἔντερα. — בָּנִים plur. ex בֵּן, *filii.* 1 Par. XVII. 11. Legerunt מִבִּטְנְךָ, a בֶּטֶן, κοιλία. — גָּחוֹן, *pars inferior corporis reptilium, qua tangunt terram.* Gen. III.
d 14. Lev. XI. 42. — כְּרֵשׂ, *ingluvies.* Jer. LI. 34. — מֵעִים dual. *viscera.* Genes. XXV. 23. ἐκ τῆς κοιλίας σου, ex *utero* tuo. Vide et Ruth. I. 11. 2 Sam. XVI. 11. ὁ υἱός μου ὁ ἐξελθὼν ἐκ τῆς κοιλίας μου, filius *ex me* natus. Vide et 2 Sam. VII. 12. et confer Gen. XV. 4. ubi מִמֵּעֶיךָ redditur ἐκ σοῦ. Confer et Joh. VII. 38. ac Theodot. Hasæi Diss. de Levia-
e than Jobi pag. 249. 2 Sam. XX. 10. ἐξεχύθη ἡ κοιλία αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, effundebantur *viscera* ejus in terram. Vide et 2 Paral. XXI. 15. 19. Jon. II. 2. ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ κήτους, ex *stomacho* ceti. Adde Psalm. XL. 9. ubi κοιλίας est sine dubio vera lectio, ut multis docuit Starcke in Carm. Dav. p. 117. Symm. Ies. XVI. 11. — מְעִין plur. Chald. *intestina, venter.* Dan. II. 32. f
—*מַעַרְכוֹת, *ordines, acies, castra.* Inc. 1 Sam. XXIII. 3. Nisi lectio κοιλίας ortum suum debet voci κοιλάδας (quæ fuit Semleri sententia), κοιλία de *medio exercitus aut castrorum* explicandum erit. Fortasse tamen auctor hujus versionis legit מְעָתוֹת, quæ vox quoque *loca profunda, speluncas* notat, quæ metaphorice κοιλίαι dici possunt. — g
*נֶפֶשׁ, *anima.* Inc. Prov. XIII. 25. accommodate seriei orationis. — *עֵמֶק, *vallis.* Symm. Jos. XIX. 27. εἰς τὴν κοιλάδα sec. Eusebium in Onom. s. v. βηθεμὲκ ac Hieron. — קֶרֶב, *intestinum, medium.* Gen. XLI. 20. Exod. XXIX. 13. Inc. Levit. I. 9. ubi αἱ κοιλίαι est i. q. ἐγκοίλια, *intestina.* Inc. Lev. IV. 8. ubi κοιλία i. q. ἐντόσθια. — רֶחֶם, *uterus.* Job. h
III. 11. XXXI. 15. XXXVIII. 8. Sir. XIX. 11. κοιλία *pectus* notat. Vulg. *in corde.* 2 Macc. X. 4. orarunt Deum πεσόντες ἐπὶ κοιλίαν, *prostrati, supplices.* Alibi πεσόντες ἐπὶ τὸ πρόσωπον. — Vide alibi s. φωνέω, et χορτασία.

ΚΟΙ'ΛΟΣ, *cavus, concavus.* נָבוּב part. Niph. a בּוּב, *vacuus.* Exod. XXVII. 8. XXXVIII. 7. — עָמֹק, *profundus.* Lev. XIII. 3. 4. 20. 25. ubi Latino *depressus* respondet, et i
nostro eingefallen, *sunk,* ac de lepra sermo est, unde etiam in codd. cum ταπεινὸς permutatur. Conf. Foesii Œcon. Hippocr. p. 343. Ibid. v. 32. 34. Aqu. Symm. Lev. XIII. 3. κοίλη βαθυτέρα.

ΚΟΙ'ΛΟΣ ΤΟ'ΠΟΣ, *cavus locus.* מַטָּרָה, *custodia,* it. *scopus.* Al. 1 Sam. XX. 20. κοῖλον τόπον, sec. Schol. ed. Rom. Τινὲς illi, quicunque tandem fuerint, intellexerunt hic *speluncam,* (quæ recte מַטָּרָה,

a *custodia,* dici potest) seu: τὸν τόπον, οὗ κρυβῇ, (coll. v. 19.) *haud procul a scopo remotam, in qua Davides se abdere debebat,* suadente ita Jonathane.—*עֵמֶק, *vallis.* Syrus Jerem. XXI. 13. Sed potest eodem jure ad sequens מִישׁוֹר, *planities,* referri.

ΚΟΙ'ΛΗ, sc. μερὶς, *cava pars,* sc. navis. יַרְכָה, *latus.* Jon. I. 5. κατέβη εἰς τὴν κοίλην (scil. μερίδα) τοῦ πλοίου,
b descendebat in *cavam partem navis,* h. e. *in inferiores partes navis.*

ΚΟΙ'ΛΗ ΣΥΡΙ'Α, *Cœle Syria.* Vid. Κοιλοσυρία.

ΚΟΙΛΟ'ΤΕΡΟΣ, comparativus, *magis cavus.* עָמֹק, *profundus,* et seq. מִן, *profundior.* Levit. XIII. 30. ἡ ὄψις αὐτῆς κοιλοτέρα τοῦ δέρματος, invenerit superficiem ejus reliqua cute *depressiorem.* Vide s. κοῖλος.
c — שָׁפָל, *humilis,* ac seq. מִן, *humilior.* Inc. Lev. XIV. 37. Sermo hic est de lepra ædificiorum. — תַּחְתִּית, *pars inferior.* Symm. Jud. I. 15. κοιλοτέροις, sec. cod. Basil. et Coislin. Sed secundum Procopium Cat. Niceph. p. 123. scripsit ταπεινοτέροις.

ΚΟΙΛΟΣΤΑΘΜΕ'Ω, *fornico, tego tabulis excavatis, concamero, laquear*
d *facio.* סָפַן, *tego.* 1 Reg. VI. 9. ἐκοιλοστάθμησε τὸν οἶκον φατνώμασι, *texit* domum laquearibus. Inde in Gloss. MSS. in Lib. 3 Reg. ἐκοιλοστάθμησεν, ἐσανίδωσεν κεκοιλωμέναις ὑπὸ τῶν τεχνητῶν σανίσιν. In Cod. Fabriciano, in quo eadem habentur, pro τεχνητῶν rectius legitur τεχνιτῶν, sed male cum hac glossa conjunguntur verba, unde nova glossa incipit. Confer
e notata infra v. κρυπτός. In Lex. Cyrilli MS. Brem. ἐκοιλοστάθμησεν simpliciter exponitur ἐσανίδωσεν. — סָפַן Pih. idem. 1 Reg. VI. 15.

ΚΟΙΛΟ'ΣΤΑΘΜΟΣ, *laqueatus, concameratus, tabulis excavatis tectus, cava pegmata habens.* סָפוּן part. Pah. *tectus.* Agg. I. 4. ἐν οἴκοις ὑμῶν κοιλοστάθμοις, in domibus vestris laqueatis. Inde in Gloss. MSS. in f
Proph. κοιλοστάθμοις (MS. κυλοστάθμοις), ὑψηλοῖς καὶ μεγάλοις. Aliter Cyrillus Alex. in hunc Prophetam p. 630. ita exponit: κοιλοστάθμους φησὶν, ὧν ἂν αἱ φλιαὶ, ἤτοι τῶν θυρῶν οἱ σταθμοὶ σιδήρῳ διακοιλαίνοιντο, περιορυττόντων οἶμαί που τεκτόνων αὐτοὺς, καὶ ἀπό γε τῆς σφῶν εὐτεχνίας ἐγχαραττόντων δαιδάλματα. Vide Suiceri Thes. Eccles. s. h. v. Intt. ad Hesych. s. v. g
κοῖλος et κυκλοστάθμοις, ac Ernestii Gloss. SS. e Suida et Phavor. s. v. κυκλοστάθμοις.

ΚΟΙΛΟΣΥΡΙ'Α et ΚΟΙ'ΛΗ ΣΥΡΙ'Α, *Cœlosyria* et *Cœlesyria,* Asiæ regio, quæ juxta Strabonem supra Seleucidem est, et in Ægyptum ac Arabiam usque recedit; proprie vero, quæ Libano et Anti-Libano definitur, i. e. ager Damascenus, a cavi- h
tate, quam Græci κοιλότητα appellant, nomen habens. 3 Esdr. II. 17. 24. 27. IV. 48. 1 Macc. X. 69. 2 Macc. III. 5. IV. 4.

ΚΟΙΛΟ'ΤΗΣ, *cavitas, concavitas.* Sap. XVII. 19.

ΚΟΙ'ΛΩΜΑ, *cavum, cavitas.* בֶּתֶר, *sectio.* Al. Cant. II. 7. κοιλωμάτων: de qua versione Cappellus Crit. S. p. 569. ita judicat: בתר est *dividere, partiri,* et quasi κοιλαίνειν. Quod i
mihi admodum coactum esse videtur. Alii statuunt, reponendum esse κυκλωμάτων, ita ut legerint כֶּתֶר, *corona,* quæ est κυκλοειδής. Proposuit hanc conjecturam Bochartus Hieroz. Lib. III. c. 17. p. 894. Versio Lat. habet *civitatum,* pro quo fortasse *cavitatum* reponendum erit. — חֵיק, *sinus.* Ezech. XLIII. 15. — מוֹקֵשׁ, *laqueus,* h. l. k
fovea, in qua feræ capiuntur. Ies. VIII. 14. Vide et 2 Macc. I. 19. Hesych. et Lex. Cyrilli MS. Brem. κοιλώμασι, ταπεινώμασι.

ΚΟΙΜΑ'Ω, *cubare* vel *dormire facio,* et κοιμάομαι, *cubo, decumbo,*

a concumbo, dormio, obdormio, quiesco, pernocto, maneo, it. occumbo, mortuus sum. בִּית Chald. pernocto. Dan. VI. 18. ἐκοιμήθη ἄδειπνος. — הִכְשִׁיל Hiph. impingere facio. Prov. IV. 16. καὶ οὐ κοιμῶνται. Ex mea sententia non legerunt וְלֹא יִשְׁנוּ, aut יִשְׁכְּבוּ, sed, ut sæpe alias, ita hic quoque lacuna exstat, ac verba οὐ κοιμῶνται aut sunt alius Int. versio ad נִגְזְלָה
b שְׁנָתָם pertinens, aut meram continent glossam marginalem. — הוֹלִיךְ Pih. ire facio. Job. XXIV. 10. Libere verterunt. — הִשְׁכִּים Hiph. matutino. 1 Sam. IX. 26. καὶ ἐκοιμήθη. Legerunt וַיִּשְׁכַּב. — יָגַע fatigor. Jerem. XLV. 3. ἐκοιμήθην ἐν στεναγμοῖς. Videntur legisse יְצוּעָתִי, nam יָצוּעַ est lectus, stratum, in quo
c quis dormit. — יָלַךְ, eo. 1 Par. XVII. 11. κοιμηθήσῃ μετὰ τῶν πατέρων σου, mortuus fueris cum patribus tuis. Ire pro mori sæpe adhibetur in SS. Conf. infra post שָׁכַב, et Wolfium ad Joh. XI. 11. p. 916. — *יָשַׁב, sedeo. 2 Reg. IV. 20. Sermo ibi est de puero ægroto in gremio matris non tam sedente quam cubante. — יָשֵׁן, dormio. Ies. V. 27. — יָשֵׁן
d verbale, dormiens. 1 Reg. III. 20. — לוּן : הֵלִין Kal et Hiph. pernocto. Gen. XXVIII. 11. ἐκοιμήθη ἐκεῖ, pernoctabat ibi. Exod. XXXIV. 25. οὐ κοιμηθήσεται εἰς τὸ πρωῒ θῦμα ἑορτῆς, non manebit ad mane sacrificium festi. Vide et Exod. XXIII. 18. Lev. XIX. 13. et Deut. XVI. 4. ac conf. quæ ex Augustino affert Drusius Misc. Cent. II. c. 55.
e Deut. XXI. 23. sec. Vatic. Jos. VI. 11. de area fœderis: ἐκοιμήθη ἐκεῖ. Vulg. bene: mansit ibi. Ies. I. 21. Job. XXIV. 7. γυμνοὺς δὲ πολλοὺς ἐκοίμησαν ἄνευ ἱματίων, nudos autem multos habitare fecerunt sine vestimentis. — מִשְׁכָּב, cubile. Ies. LVII. 8. τοὺς κοιμωμένους μετά σοῦ. Legerunt שֹׁכְבָךְ. — נֶהְיָה Niph. conficior, q. d. sidere cogor morbo. Dan. VIII. 27. — נָחַת, descendo.
f Job. XXI. 13. ubi יֵחָתּוּ deduxerunt, non a נָחַת, sed a נוּחַ, requiescere. Cæterum in orco dormire, et ad orcum descendere non differunt. — סָבַךְ, implexus sum. Job. VIII. 17. Vide in fine hujus articuli. — רָבַץ, cubo. Genes. XLIX. 9. — שָׁכַב : הִשְׁכִּיב, Kal et Hiph. Gen. XIX. 32. κοιμηθῶμεν μετ' αὐτοῦ, concumbamus cum illo. Vide et Gen. XXVI.
g 10. XXXV. 22. XXXIX. 7. Exod. XXII. 16. 19. 1 Reg. II. 10. ἐκοιμήθη μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ, obdormiebat, vel mortuus est cum patribus suis. Vide et Deut. XXXI. 16. 1 Reg. XI. 21. 43. XIV. 20. 32. 1 Reg. XVII. 19. ἐκοίμησεν αὐτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ, cubare faciebat illum in lecto suo. 2 Reg. IV. 32. κεκοιμημένον, dormientis instar jacentem. Cohel. II. 23. ἐν νυκτὶ οὐ κοιμᾶται
h ἡ καρδία αὐτοῦ, nocte non quiescit cor ipsius. Ies. XLIII. 17. ἐκοιμήθησαν, καὶ οὐκ ἀναστήσονται, mortui sunt, et non resurgent. Ezech. XXXI. 18. ἐν μέσῳ ἀπεριτμήτων κοιμηθήσῃ, in medio incircumcisorum cubabis. Vide et Ezech. XXXII. 19. 21. 26. 31. His locis a Bielio laudatis adde: 2 Sam. XIII. 8. ubi κοιμᾶσθαι est in lectum se conferre, decumbere, quam
i significationem quoque ibi habet καθεύδειν apud Inc. Aqu. Job. XI. 18. Symm. Job. XXXVIII. 37. Vulg. dormire faciet. Aqu. Hos. II. 20. κοιμήσω αὐτοὺς εἰς πεποίθησιν, faciam, ut dormiant secure, h. e. ut otia secura agant, seu: præstabo eis securitatem. — שָׁכַן, habito. Nah. III. 18. βασιλεὺς ἐκοίμησε τοὺς δυνάστας: ubi alii habent ἐκοίμισε. Ex Cappelli sententia legerunt יִשְׁכְּבוּ: sed,

a ut recte monuit Buxtorfius Anticrit. p. 578., dicendum potius fuisset יְשֵׁנֵי. Potius sensum, quem illi sibi finxerunt, reddiderunt non ad literam. Quidam Intt. vocem Hebr. de somno mortis explicarunt: habitabunt, sc. in pulvere, coll. Ps. VII. 6. et XCIV. 17. — שִׁפְעַת, affluentia, inundatio. Job. XXII. 11. κοιμηθεῖσα. Num legerunt שָׁכַבְתְּ a שָׁכַב,
b aut שְׁכֶבֶת? Praeterea reperitur apud Inc. Jud. XVI. 14. (indormiebat eum, sc. concubitu), ubi nihil in textu Hebr. legitur. Quod autem attinet ad locum Job. VIII. 17. supra ad סָבַךְ allatum, mihi videtur transpositio sententiarum statuenda esse in LXX Intt. ut verba ἐπὶ συναγωγὴν λίθων κοιμᾶται pertineant ad ea, quae in fine hujus
c commatis leguntur: בֵּית אֲבָנִים יֶחֱזֶה. Κοιμᾶσθαι autem, quod omnino manere, commorari in aliquo loco notat, non male refertur ad יֶחֱזֶה, quod LXX per ζήσεται, Vulgatus per commorabitur interpretati sunt. Sed ut ingenue fatear, statui quoque potest, κοιμᾶσθαι h. l. non tam τῷ יְסֻבָּכוּ, quam formulae שָׁרָשָׁיו יְסֻבָּכוּ respondere, ut τῷ
d κοιμᾶσθαι notio firmitatis, fundamenti bene positi sit subjecta. Vide quoque infra s. v. λίθος. Sap. XVII. 14. 1 Macc. XI. 6. ἐκοιμήθησαν, pernoctarunt, coll. ib. XVI. 4. 2 Macc. XII. 45. Ep. Jerem. 43. si vero quaedam mulier seorsim ducta a quodam praetereuntium κοιμηθῇ, h. e. stupratur. Cod. Alex. addit male μετ' αὐτοῦ. Vide Gatakeri Diss. de
e Novi Instrum. Stilo cap. XI. pag. 77.

ΚΟΙ'ΜΗΣΙΣ, dormitio, mors. Sir. XVIII. 10. sec. libros nonnullos, ubi mortem notat, quae ibid. XLVI. 22. κοίμησις αἰῶνος dicitur. Ibid. XLVIII. 14.

ΚΟΙ'ΜΗΤΡΟΝ, lectus, stratum. שְׁכִיבָה, pulvinar. Symm. Jud. IV. 18. Scharfenbergio ad h. l. suspectum est vocabulum κοίμητρον omni- f
bus Lexicographis ignotum, et suspicatur, fortasse legendum esse ἐν κοιμητηρίῳ.

ΚΟΙΜΙ'ΖΩ, cubare vel dormire facio. הִבְרִיךְ, Hiph. genua flectere facio. Gen. XXIV. 11. Recte sensum expresserunt. Sermo enim ibi est de camelis. Schol. seu potius Aquila: ἐγονάτισε. — הִשְׁכִּיב Hiph. 2 Sam. VIII. 2. 1 Reg. III. 20. 2 Reg. IV. 21. 32. — יִשֵּׁן Pih. g
dormire facio. Jud. XVI. 20. — *שָׁכַב. 2 Reg. IV. 32. sec. Vat. κεκοιμισμένον, dormientis instar jacentem. — שָׁכֵן, habito. Al. Nah. III. 18. ἐκοίμισε. Legit יַשְׁכִּיב, nam κοιμίζειν est h. l. sopire, somnum inducere, et שָׁכַב cubare et dormire notat.

ΚΟΙΝΗ῀, communiter, una, publice. Sir. XVIII. 1. ἔκτισε τὰ πάντα κοινῇ, h
creavit omnia communiter, h. e. pariter, nulla re excepta. Vulgatus vertit simul, et Augustinus Lib. IV. de Genes. ad Liter. c. 33. inde colligit, omnia simul eodemque tempore esse condita, quae sex diebus facta commemorantur. Sed rectius et magis ad literam redditur communiter, et nihil aliud procul dubio Siracides voce illa innuere voluit, quam quod Deus omnia hu- i
jus universi opera sine exceptione creaverit, ut adeo vox haec ad ἅπαντα referatur, coll. Ps. XLVIII. 3. et 11. Sirac. L. 20. τότε πᾶς ὁ λαὸς κοινῇ κατέσπευσε, tum omnis populus una festinabat. Susann. v. 14. κοινῇ (sc. βουλῇ) συνετάξαντο καιρὸν, communi consilio seu : unanimi consensu constituebant tempus. Conf. L. Bos. Ellips. Gr. p. 31. 2 Macc. IX. 26. κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν, publice et privatim. Vide et 2 Macc. IV. 5. Similiter Aelian. V. H. XIV.

a 22. μήτε κοινῇ μήτε ἰδίᾳ. Confer et Lib. X. c. 20.

ΚΟΙΝΟΛΟΓΕ'ΟΜΑΙ, *confero sermones, colloquor, communico cum aliquo.* Symm. Ps. LIV. 15. ἐκοινολογούμεθα γλυκεῖαν ὁμιλίαν, dulcibus colloquiis *mutuo confabulabamur*, ubi in textu Hebr. legitur: נַמְתִּיק סוֹד. 1 Macc. XIV. 9. πάντες περὶ ἀγαθῶν ἐκοινολογοῦντο, omnes de bonis *inter*
b *se conferebant.* Hesych. κοινολογεῖται, κοινῇ διαλέγεται.

ΚΟΙΝΟΛΟΓΙ'Α, *communicatio sermonis, collocutio.* 2 Macc. XIV. 22. τὴν ἁρμόζουσαν ἐποιήσαντο κοινολογίαν, congruum inter se instituerunt *colloquium*. Secundum Baduellum: *colloquium, de quo inter ipsos convenerat*, ut ἁρμόζουσα positum sit pro ἡρμοσμένη, *constitutum, pactum, con-*
c *dictum.* Hippocr. Prænot. pag. 27. 35.

ΚΟΙΝΟΛΟΓΙ'ΖΟΜΑΙ, i. q. κοινολογέομαι, *confero sermonem, colloquor cum aliquo.* 1 Macc. XV. 28. ubi etiam in codd. cum κοινολογέομαι permutatur.

*ΚΟΙΝΟΜΥΙ'Α, *cœnomyia.* עָרֹב, *mixtura insectorum.* Inc. Ex. VIII. 15. Respexit etymologiam vocis:
d nam עָרַב est *miscere.* Κοινομυῖαν habet etiam Hieronymus Ep. 135. ad Suniam et Fretelam. LXX autem habent h. l. κυνομυῖαν, Aqu. παμμυῖαν, quæ vide suo loco.

ΚΟΙΝΟ'Σ, *communis, publicus, profanus, impurus.* חָבֵר, *societas.* Prov. XXI. 9. XXV. 25. — חֹל, *profanus.* Al. Ezech. XLII. 20. τοῦ διαστέλλειν τοῦ ἁγίου καὶ τοῦ κοινοῦ, ut
e discrimen faciat inter *sanctum* et *profanum.* Vide quoque v. 65. et conf. Act. II. 8. Marc. VII. 2. et ad h. l. Wolfium pag. 470. ac Lex. N. T. s. h. v. Sap. VII. 3. κοινὸς ἀὴρ, aër *omnibus communis.* 2 Macc. XII. 4. κατὰ κοινὸν τῆς πόλεως ψήφισμα, ex *publico* urbis edicto. Polyb. XXV. 8. 4. κοινὸν δόγμα, *publicum* decretum. Job. XXII. 16. 11. Demosth. 15. 21. ed. Reisk. 3 Macc. VII. 17. κοινῇ (*consentiens, unanimi*) αὐτῶν βουλῇ. Hesych. κοινὸν, βδέλυκτὸν, ἀκάθαρτον.

ΚΟΙΝΩΝΕ'Ω, *communico, participo.* אָרַב, *insidior.* Prov. I. 11 κοινώνησον αἵματος, *particeps* fias sanguinis, h. e. cædis. Non aliter legerunt, sed pro more suo sensum expresserunt. Accedit, quod in l Arab. لرب *nectere, connectere,* et deinde *participem fieri* notat. Conf. Simonis Lex. p. 77. et infra s. v. μετέχω. — בָּחַר, *eligo.* Cohel. IX. 4. κοινωνεῖ πρὸς πάντας τοὺς ζῶντας, *communis est* omnibus viventibus. Legerunt יְחֻבַּר, *sociabitur*, ut Masorethæ observant alios codd. legere. Sensus autem est: quis est, qui socius sit omnium viventium? h. e. quis semper in hac vita perseveret, aut semper vivat? Ita quoque Symm. Hieron. Syrus et Chaldæus. — חָבַר Pih. *consocio.* 2 Par. XX. 36. ἐκοινώνησεν Ἰωσαφὰτ πρὸς Ὀχοζίαν, *inter* Josaphatum et Ochosiam *conveniebat.* — חָבֵר, *socius.* Theodot. et LXX Ies. XLIV. 11. πάντες οἱ κοινωνοῦντες αὐτοῦ, omnes *socii* ejus. Confer Sir. XIII. 1. 2. — חֶבְרָה, *sodalitium.* Job. XXXIV. 8. κοινωνήσας μετὰ ποιούντων τὰ ἄνομα, *in societatem veniens* cum illis, qui inique agunt. — *יָשַׁב, *sedeo.* Symm. Psalm. I. 1. Bene quoad sensum. Sap. VI. 25. οὐ κοινωνήσει σοφίᾳ, non *particeps fiet* sapientiæ. Cf. 1 Tim. V. 22. Sir. XIII. 3. τί κοινωνήσει χύτρα πρὸς λέβητα; quænam *communio* inter ollam et lebetem? Similiter 2 Cor. VI. 14. τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; quænam autem *communio* inter lucem et tenebras? Sir. XIII. 19. τί κοινωνήσει λύκος ἀμνῷ; quænam *communio* inter lupum et agnum? 2 Macc. V. 20. εὐεργετημάτων ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐκοινώνησε, beneficiorum divinorum *particeps factus est.*

a 2 Maccab. XIV. 25. ἐκοινώνησε βίου, *opum particeps factus est.*

ΚΟΙΝΩΝΙ'Α, *communio, societas.* תְּשׂוּמֶת יָד, *positio manus*, h. e. interprete Bielio: *societatis et amicitiæ fœdus data dextera initum*, sec. Trommium: *mutuum commercium data manu initum*, ex mea autem sententia: *pecunia apud aliquem deposita negotiationis aut securitatis causa.* Levit. VI. 2. περὶ κοινωνίας: ubi Schol. ed. Rom. ἐν πιστώσει χειρός. Præterea legitur in Ed. Quint. Hos. VII. 4. τοῦ φυράματος κοινωνίας. Vulg. *a commixtione fermenti*, ut adeo legerit τῆς κοινωνίας τοῦ φυράματος, aut τῆς τοῦ φ. κ. ubi κοινωνία est *commixtio, subactio*, i. q. φύρασις apud LXX, ac respondet τῷ לוּשׁ. Sap. VIII. 18. ἐν κοινωνίᾳ λόγων αὐτῆς, in *communione* verborum ejus. Confer Lex. N. T. s. h. v.

ΚΟΙΝΩΝΟ'Σ, *particeps, socius.* *דְּבָרִים, *verba, facta.* 2 Reg. XVII. 11. ἐποίησαν κοινωνούς. Non arbitror, eos חֲבֵרִים legisse, sed potius statuo, eos hac versione sua exponere voluisse, in quonam fuerint male facta, quorum Israëlitæ h. l. incusantur, nempe in eo, quod se participes reddiderint idololatriæ Gentilium, et fabricaverint s. sculpserint simulacra idolorum. Plenius scribi debuisset καὶ ἐποίησαν ἑαυτοὺς κοινωνοὺς (sc. τῶν ἐθνῶν, h. e. gentium, quas transtulerat Deus a faciebus eorum, ut in antecedentibus legitur) καὶ ἐχάραξαν. — חָבֵר, masc. Prov. XXVIII. 24. Ies. I. 23. — חֲבֶרֶת, fem. Mal. II. 14. Vide et Sir.
e VI. 11. XLI. 23. XLII. 5.

ΚΟΙΝΩ͂Σ, *communiter.* Tob. V. 15. ubi de *conjuncto religionis studio, summoque consensu* usurpatur. Ib. IX. 4.

ΚΟΙΤΑ'ΖΩ, Α'ΖΟΜΑΙ, *cubare facio, cubo, jacio, accumbo, dormio.* הֵלִין Hiph. a לוּן, *pernocto.* Soph. II. 14. — הִרְבִּיץ ׃ רָבַץ, Kal et Hiph. Psalm. CIII. 23. Cant. I: 6.
Jerem. XXXIII. 12. Symm. Ies. f
XXVII. 10. κοιτασθήσεται, *accumbet.* — צָבַע, *tingo, intingo.* Al. Dan. IV. 12. κοιτασθήσεται. Extat hic in Conj. Ithp. אִצְטַבַּע. Num in codice suo legit יִתְרַבַּע? Minime, sed aut libere verterunt, aut legendum est βαπτισθήσεται. — שָׁכַב. Levit. XV. 20. Deut. VI. 7. XI. 19.

ΚΟΙΤΑΣΙ'Α, *cubatio, concubitus.*
שְׁכֹבֶת, *concubitus.* Lev. XX. 15. g

ΚΟΙ'ΤΗ, *cubile, lectus, concubitus*, ac in universum *quodvis latibulum et habitaculum.* דֹּבֶר, *caula, ovile.* Mich. II. 12. — יָצוּעַ, *stratum.* 1 Par. V. 1. — מְאוּרָה, *caverna.* Ies. XI. 8. Conf. Bocharti Hieroz. P. III. p. 189. ed. Rosenm. — מָעוֹן, *habitaculum.* Jer. X. 21. — מְעוֹנָה, idem. Job. XXXVII. 8. XXXVIII. 40. — מִשְׁכָּב. Num. XXXI. 17. ἥτις
ἔγνω κοίτην ἄρσενος, quæ cognovit *con-* h
cubitum viri. Vide et v. 18. 35. Jud. XI. 11. 12. et conf. Sap. III. 13. 16. Glossæ: κοίτη, *concubitus.* 2 Sam. XI. 2. ἀνέστη Δαβὶδ ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ, surgebat David a *lecto* suo. — *מֶשֶׁךְ תֻּבַל, *Mesech Tubal.* Symm. Theod. (teste Hieronymo) Ezech. XXXII. 26. *cubile eorum.* Legerunt מִשְׁכָּבְתָם, s. potius מִשְׁכָּבָם. Vide tamen Scharfenbergium ad Cappelli Crit. S. p. 840. de i
h. l. bene disputantem. — *סֻכָּה, *umbraculum*, etiam *latibulum, lustrum.* Inc. Job. XXXVIII. 40. ubi *quodvis latibulum*, speciatim *antrum* notat, ut Vulg. transtulit. Conf. Simonis Lex. Hebr. p. 1108. ac Munck. ad Antonin. Liber. Metam. c. 8. — רֵבֶץ, *accubitus.* Jer. L. 6. — שְׁכַב infin. Lev. XV. 23. — שֹׁכֵב part. Ies. LVI. 10. ἐνυπνια-

a ζόμενοι κοίτην, somniantes in cubili. Vitringa Comm. l. l. putat, forte deesse vocem ἀγαπῶντες, ut scripserint ἐνυπνιαζόμενοι, ἀγαπῶντες κοίτην. Sed rectius judicat I. G. Michaëlis Diss. de Cane Symbolo Prophetæ p. 23., per ellipsin omissam esse particulam ἐπὶ, quartum casum regentem, ut Lev. XV. 4. et 23. — שְׁכָבָה, cubatio. Lev. XV. 16. ἄνθρωπος, ᾧ ἂν
b ἐξέλθῃ ἐξ αὐτοῦ κοίτη σπέρματος, ex quo egreditur concubitus seminis h. e. semen concubitus, per hypallagen. Vide et v. 17. 31. Lev. XXII. 4. Lev. XV. 18. ἐὰν κοιμηθῇ ἀνὴρ μετ' αὐτῆς κοίτην (pro κατὰ κοίτην) σπέρματος, si concumbat vir cum illa concubitu seminis, h. e. ita, ut semen genitale effluxerit. — שְׁכֹבֶת, idem. Levit. XVIII. 20. 23. Num. V.
c 20. In utroque loco κοίτη σπέρματος semen concubitus notat. 1 Macc. VII. 13. πίπτειν ἐπὶ τὴν κοίτην in morbum gravem incidere s. corripi morbo notat, coll. 1 Macc. I. 6. Eodem modo sumitur נָפַל Jud. VII. 12. coll. Exod. XXI. 18. Confer Lex. N. T. s. h. v.

ΚΟΙ'ΤΗ ΚΑΙ' ἈΝΑ'ΠΑΥΣΙΣ, cubile et requies. רָבַץ, cubo. Ies. XVII. 2.

d ΚΟΙΤΩ'Ν, cubiculum. חֶדֶר, cubiculum, conclave, penetrale. Jud. XV. 1. (ubi est cubiculum conjugale.) 2 Sam. XIII. 10. Ezech. VIII. 12. Adde 1 Reg. I. 15. ubi pro εἰς τὸ ταμεῖον, quod in exemplis reliquis legitur, in Compl. habentur verba: εἰς τὸν κοιτῶνα, quæ quin ex alia versione desumta sint, quis dubitet? Hinc orta videtur glossa Hesychii: ταμεῖον, κοιτών, coll. Genes. XLIII.
e 30. et Jud. XV. 1. — מְקֵרָה, refrigeratio. Jud. III. 24. ἐν τῷ ἀποχωρήσει τοῦ κοιτῶνος. Menti ipsius obversabatur fortasse locus 2 Sam. IV. 7. — מִשְׁכָּב, cubile. Exod. VIII. 3. 2 Sam. VI. 12. Cohel. X. 20. — חֲדַר מִשְׁכָּב, conclave cubilis. 2 Sam. IV. 7.

ΚΟ'ΚΚΙΝΟΣ, coccineus, cocco tinctus. כַּרְמִיל, coccinum, coccineum. 2 Par. II. 7. 14. III. 13. — שָׁנִי, dibaphum, bis tinctum. Genes. f
XXXVIII. 28. ἔδησεν ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ κόκκινον, sc. σπαρτίον, alligavit manui ejus filum coccineum. Vide et v. 30. et conf. Jos. II. 18. Cant. IV. 3. VI. 6. ubi σπαρτίον additur. 2 Sam. I. 24. κλαύσατε τὸν ἐνδιδύσκοντα ὑμᾶς κόκκινα (sc. ἱμάτια), plangite illum, qui vos induit vestimenta coccinea. Vide et Jer. IV. 30. — תּוֹלָע, vermis, etiam: coccineus color. Ies. I. 18. — תּוֹלַעַת שָׁנִי et שְׁנִי g
תּוֹלַעַת. Exod. XXV. 4. XXVI. 1. XXXVI. 7. Lev. XIV. 4. 6. κόκκινον, sc. ἔριον, lana coccinea. Confer Ebr. IX. 19. ubi ἐρίου κοκκίνου fit mentio. Num. IV. 8. ἱμάτιον κόκκινον, vestimentum coccineum.

ΚΟ'ΚΚΟΣ, coccus, coccinum. Κόκκος et πορφύρα distinguitur. V. Brodæi Miscell. Lib. I. c. 8. nam purpura est ex ostreorum genere, e quo pretiosus ille liquor, vena industrie pertusa, colligebatur, qui et h
purpura dictus est. Coccus vero, ut vox ipsa Græca sonat, granum est fruticis cujusdam (vel potius ilicis: Plin. IX. 41. XVI. 8. Dioscorid. IV. 48. Theophrasti Hist. Plant. III. 8.) surculosi, cui grana seu lentes adjacent, quæ colorem eum affundunt, quem nos scarlatum vel cremesinum vocamus. שָׁנִי, dibaphum, bis tinctum. Aqu. Cant. IV. 3. i
— תּוֹלָע, vermis, etiam: coccineus color. Thren. IV. 5. Hesych. κόκκος, ἐξ οὗ τὸ φοινικοῦν βάπτεται, καὶ αὐτὸ τὸ χρῶμα, καὶ τὸ γυναικεῖον μόριον, καὶ ὁ τοῦ σίτου κόκκος. Conf. Braunium de Vestitu Sacerd. Hebr. Lib. I. c. 15. §. 200. et Bochartum Hier. P. II. Lib. IV. c. 27. p. 624. seq.

ΚΟΛΑΒΡΙ'ΖΩ, contero, disrumpo, despicio, vilipendo. הִדַּכָּא pro הִתְדַּכָּא Hithp. Job. V. 4. κολαβρισθείησαν δὲ ἐπὶ θύραις ἡσσόνων, vilipen-

e *dantur* autem ad portas inferiorum: ubi nonnulli reponendum judicant κολαφισθήσονται. Vox Hebr., quæ proprie *conteri* notat, h. l. notionem *opprimendi* habet. Cæterum contrita vilipenduntur. Olympiodorus ad h. l.: κολαβρισθήσονται, τουτέστιν ἐκπεριβάλωσιν, ἐξευτελισθήσονται, κολαβρὸς γὰρ ὁ μικρὸς χοῖρος. Lex. Cyrilli MS. Brem. κολαβρισθήσονται, περιῤῥαγήσονται, f χλευασθήσονται, κολακευθήσονται (lege ἀτιμωθήσονται). Phavor. κολαβρισθήσονται, περιῤῥαγήσονται, ἐκπεραχθήσονται, ἁπλῶς κομισθήσονται. Apud Hesychium legitur: καλαυβρισθήσονται, χλευασθήσονται. Idem: κολαβρισθήσονται, κηδήσονται, ποδοκοπηθήσονται. Sed vox κολαβρισθήσονται verbis accensenda est, quæ vitiose Lexico Hesychiano inserta sunt. Κάλαβρος enim, et κόg λαβρος, unde est καλαβρίζειν et κολαβρίζειν, in usu sunt, non item κώλαβρος. Suidas: κολαβρισθῆναι, χλευασθῆναι, ἐκπεραχθῆναι, ἀτιμασθῆναι. κόλαβρος γὰρ καὶ κάλαβρος, ὁ μικρὸς χοῖρος. ἀντὶ τοῦ οὐδενὸς λόγου ἄξιος νομισθῆναι. Confer Bocharti Hieroz. P. I. Lib. II. c. 57. p. 707.

ΚΟΛΑ'ΖΩ, *punio, castigo.* הִכְנִיעַ Hiph. *deprimo.* Aqu. 2 Sam. VIII. h 1. ἐκόλασεν. Mihi admodum suspecta est hæc nota hexaplaris, quæ nimis recedit a propria verbi Hebr. notione, quam ut Aquilæ tribui possit. Igitur aut ἐταπείνωσε reponendum erit, aut, quia hoc quoque nimis recedit ab impressa lectione, statuendum erit, A h. l. ἄλλο significare, qui sensum expresserit; hoc sensu: punivit eos (ob crebras irruptiones, i quas in terram Judaicam fecerant), sc. deprimendo et infringendo eorum potestatem. — קָבַע, *rapio.* Symm. Prov. XXII. 23. κολάσεται. Sap. XI. 17. δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων κολάζεται, per quod quis peccat, per hoc punitur et idem. Vide et Sap. XVI. 9. 1 Macc. VII. 7. 2 Macc. VI. 14.

ΚΟΛΑΚΕΥ'Ω, *adulor, assentor.* 1 Esdr. IV. 31. Sap. XIV. 17. *divino cultu prosequi.* Vulg. *colere.* f Esth. I. 12. κολακεῦσαι τὸ πρόσωπον ὑπὲρ κ. τ. λ. sec. Vet. Arund. i. q. ἀξιῶσαι αὐτὸν ὑπὲρ κ. τ. λ.

ΠΡΟΣΚΑΛΕ'ΟΜΑΙ ΚΟΛΑΚΕΥ'ΩΝ, *adulans advoco.* חָנַן, *supplico.* Symm. et LXX Job. XIX. 17.

ΚΟΛΑΠΤΑΙ', plur. *sculpti calyces florum nondum apertorum.* Kircherus transfert *cucurbitas.* פְּקָעִים plur. *cucurbitæ.* 1 Reg. VI. 18. et 29. In utroque loco Compl. habet ἐν g κολαπτοῖς.

*ΚΟΛΑΠΤΟ'Σ, *sculptus, incisus.* Vide supra s. v. κολαπταί.

ΚΟΛΑ'ΠΤΩ, *sculpo, incido.* גָּזִית, *cæsura.* 1 Reg. VII. 9. κεκολαμμένα, *cælata.* Ita Bielius. Sed rectius referendum videtur ad מְגֹרָרוֹת, præeunte Montfauconio. *Serrata* et *incisa* minime differunt. Cohæret præterea κεκολαμμένα cum verbis ἐκ διαστήματος, *ex intervallo,* quæ h Hebr. בַּמְּגֵרָה, *in serra,* respondent. — חָרַת, *incido, insculpo.* Exod. XXXII. 11. 15. γραφὴ Θεοῦ ἐστι κεκολαμμένη ἐν ταῖς πλαξί, scriptura Dei *est sculpta* in tabulis. Hesych. κεκολαμμένη, γεγλυμμένη. — פִּתּוּחוֹת plur. *trabes excisæ.* 1 Reg. VII. 11. — פִּתַּח, *aperio,* h. l. *cælatura sculpo.* Ex. XXXIX. 5. Lex. Cyrilli MS. Brem. κολάπτει, γλύφει. Sirac. XLV. 13. 3 Macc. II. 27. sec. Ald. i et Compl. ἐκόλαψε γραφήν, ubi alii libri ἐξεκόλαψε habent.

ΚΟ'ΛΑΣΙΣ, *pœna, cruciatus, supplicium.* מִכְשׁוֹל, *offendiculum.* Ez. XIV. 3. 4. 7. XVIII. 30. XLIV. 12. Omne, quod causa est *infortunii* aut *pœnæ,* in SS. *offendiculum* dicitur. Sap. XI. 14. διὰ τῶν ἰδίων κολάσεων. Lat. reddit: *per sua tormenta.* Vide et Sap. XVI. 2. 24. XIX. 4. et conf. Matth. XXV. 46. et Ælian. V. H. XIII. 2. 2 Macc. IV. 38. τοῦ

a κυρίου τὴν ἀξίαν αὐτῷ κόλασιν ἀποδόντος, Domino dignam illi retribuente *pœnam*.

ΚΟ'ΛΑΣΙΝ ΛΑΜΒΑ'ΝΟΜΑΙ, *castigationem accipio*. נִכְלַם Niph. *erubesco*. Ez. XLIII. 11. Vox Hebr. notat quoque *pœna ignominiosa affici*.

*ΚΟΛΑΣΤΗ'ΡΙΟΝ, *instrumentum aptum ad pœnas inferendas*. 4 Macc. b X. 4.

ΚΟΛΕΟ'Σ, *vagina*. נָדָן, idem. 1 Par. XXI. 27. ubi alii κουλεὸν habent. — תַּעַר, *novacula*, item *vagina*. 2 Sam. XX. 8. Ez. XXX. 3. Inc. et LXX ib. v. 30. Hesych. κολεὸς, ἡ θήκη τοῦ ξίφους.

ΚΟΛΛΑ'Ω, pr. *agglutino*, metaph. *adhærere* vel *cohærere facio*, et κολλάομαι, *conglutinor, adhæreo, cohæ-* c *reo*, metaph. *firmiter adhæreo*. דָּבַק, idem. (ܕܒܩܐ est *arbor, ex qua viscus nascitur*, unde et *viscus*, Græce ἡ κόλλα, ipse ܕܒܩܐ dicitur. Similiter Arabibus دبق tum *plantam*, tum *gluten ipsum* significat.) Deut. X. 20. πρὸς αὐτὸν κολληθήσῃ, illi *adhærebis*. Jerem. XIII. 11. καθάπερ κολλᾶται τὸ περίζωμα περὶ τὴν ὀσφὺν τοῦ ἀνθρώπου, οὕτως ἐκόλλησα πρὸς d ἐμαυτὸν τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, quemadmodum cingulum *adhæret* lumbo hominis, ita ego mihi *adhærere feci*, s. *arctissime mecum conjunxi* domum Israëlis. Thren. IV. 4. ἐκολλήθη ἡ γλῶσσα θηλάζοντος πρὸς τὸν φάρυγγα, *adhæret* lingua infantis sugentis faucibus. Deut. XXVIII. 60. κολληθήσονται ἐν σοὶ, firmiter tibi adhærebunt. Vide et 2 Reg. III. 3. V. e 27. Ruth. II. 8. κολλήθητι μετὰ τῶν κορασίων μου, *adhære* s. *adjunge te* ancillis meis. 2 Sam. XX. 2. ἐκολλήθη τῷ βασιλεῖ αὐτῶν, *manserunt* apud regem suum. 2 Reg. XVIII. 6. ἐκολλήθη τῷ κυρίῳ, Jovæ *adhæsit*. Conf. 1 Cor. VI. 17. Job. XXIX. 10. γλῶσσα αὐτῶν τῷ λάρυγγι αὐτῶν ἐκολλήθη, lingua illorum faucibus illorum *adhæret*. Vide et Psalm. CXXXVI. 7. Psalm. CXVIII. 25. f ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, *adhæret solo anima mea*, h. e. *valde humiliatus sum*. Job. XXXVIII. 38. κεκόλληκα δὲ αὐτὸν ὥσπερ λίθῳ κύβον, *cohærere* autem illum feci, tanquam tesseram cum lapide. Job. XLI. 15. σάρκες δὲ σώματος αὐτοῦ κεκόλληνται, carnes autem corporis ejus *inter se cohærent*. Psalm. XLIII. 27. ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου, anima mea tibi *adhæret*. g Ps. XLIII. 27. ἐκολλήθη εἰς γῆν ἡ γαστὴρ ὑμῶν, *adhæret terræ* venter vester, h. e. *humi jacet* corpus vestrum. Psalm. CXVIII. 31. ἐκολλήθην τοῖς μαρτυρίοις σου, *adhæreo* testimoniis tuis. Adde: Aqu. 1 Sam. XXXI. 2. ἐκολλήθησαν, *a tergo* illum *persecuti sunt*. Idem ac Incert. 2 Sam. I. 6. Aqu. Job. XIX. 20. — הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, h *tangere facio*. Thren. II. 2. ἐκολλήθην (vel, ut alii rectius, ἐκόλλησεν) εἰς τὴν γῆν. Adde Zach. IV. 5. sec. cod. Barb. — נָגַשׁ, *appropinquo*. Job. XLI. 8. εἷς τοῦ ἑνὸς κολλῶνται, unus alteri adhæret. — נָצַר, *custodio*. Ps. XXIV. 22. Tribuerunt voci Hebr. eam notionem, quam habet Lat. *observare*. Secundum Cappellum in Crit. S. p. 522. legerunt יִצְּרוּנִי, a צוּר, *arctare, pre-* i *mere*, vel צָרַר, *ligare, colligare*. — רָבַץ, *cubo*. Deut. XXIX. 20. κολληθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ ἀραὶ, *incumbent* ei omnes imprecationes. Baruch. I. 14. ἐκολλήθη εἰς ἡμᾶς τὰ κακὰ, coll. Dan. IX. 11. Vide et III. 2. 3 Esdr. IV. 20. πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα κολλᾶται, uxori suæ *adhæret*. Sir. XIX. 2. ὁ κολλώμενος πόρναις, coll. 1 Cor. VI. 16.

ΚΟ'ΛΛΗ, i. q. κόλλα, *gluten*. *דֶּבֶק, *junctura*. Aqu. Theod. Ies. XLI. 7. τῇ κόλλῃ ἀγαθόν ἐστιν. Vulg. *glutino bonum est:* melius: ad con-

glutinationem bonum est. Vox Hebr. habet duas notiones, *juncturæ, commissuræ*, et *glutinis, ferruminis*. — מְחוּגָה, *circinus*. Ies. XLIV. 13. ἐν κόλλῃ ἐῤῥύθμισεν αὐτό. Suspecta mihi est h. l. vox κόλλῃ. Scribere debuissent ἐν γύρῳ. Num fortasse legendum est κύκλῳ? Sed destituitur hæc conjectura usu loquendi. Adde Herodot. II. p. 119. 24.

ΚΟ'ΛΛΗΣΙΣ, *conglutinatio*. דֶּבֶק, *junctura*. Symm. Ies. XLI. 7. Sir. XXV. 14. sec. Compl. πίστις ἀρχὴ κολλήσεως, fides est initium *constantissimæ pietatis*.

ΚΟΛΛΥ'ΡΑ, *collyra, panis parvus, panis subcinericeus, placenta*. חַלַּת לֶחֶם, *placenta panis*. Al. Lev. VIII. 25. ἔλαβε κολλύραν ἄζυμον μίαν, καὶ κολλύραν ἄρτου ἐξ ἐλαίου μίαν, sumebat collyram azymam unam, et collyram panis ex oleo unam. Inc. Lev. VII. 12. ubi vid. Montf. Symm. 1 Sam. II. 36. X. 4. — *כִּכָּרוֹת, *tortæ*. Symmach. 1 Sam. X. 3. — צְלוּל, *strepitus*, *torta*. Symm. Jud. VII. 13. Vide ad h. l. Scharfenbergium. — רָקִיק, *lagana*. Aquila Exod. XXIX. 2. Suidas: κολλύρα, εἶδος ἄρτου, ἢ ὁ μικρὸς ἄρτος, ὃν τοῖς παιδίοις διδόασιν. (Eadem leguntur apud Schol. Aristoph. Pac. v. 123.) ἢ εἶδος πλακοῦντος. Augustino de Gen. ad Literam Lib. VIII. c. 5. est *panis subcinericeus*. Conf. Drusium in Fragm. p. 164. et Ramiresium de Prado Pentec. c. 48.

ΚΟΛΛΥΡΙ'ΖΩ, *tortas panis facio*. לִבֵּב Pih. *placentas paro*. 2 Sam. XIII. 6. 8. Vulg. *ut faciat sorbitiunculas*.

ΚΟΛΛΥ'ΡΙΟΝ, i. q. κολλύρα. נִקֻּדִים plur. *buccellata, punctulis respersa*. 1 Reg. XIV. 3.

ΚΟΛΛΥΡΙ'Σ, idem. בִּרְיָה, *cibus*. 2 Sam. XIII. 5. — חַלָּה, *placenta*. 2 Sam. VI. 19. — לְבִבוֹת plur. *placentæ, quæ animum reficiunt*, et *sunt quasi cordialia*. 2 Sam. XIII. 6. 8. 10. Inc. Lev. VII. 12.

נוֹרָא Niph. a יָרֵא, *metuor*. Symm. Psalm. CXXIX. 4. Transtulerunt, f quasi esset a יָרָה. Vide supra s. νομοθέτης. — עַם, *populus*. Psalm. LVIII. 11. μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου. Ita quoque Arabs Psalter. Rom. et Vetus, Hilarius ac Augustinus habent. Sed vera et antiquissima scriptura fuit τοῦ λαοῦ μου. Vulgat. *populi mei*. Confer Starck. Carmina Davidis Vol. I. p. 189. et Mittenzwey Diss. Antiblanchinia- g nam p. 22. Verba τοῦ νόμου σου post ὁ λαός σου apud Symmachum sensus causa addita sunt, nec illis aliquid respondet in textu Hebraico. — *עֵת, *tempus*. Ies. XXXIII. 6. ἐν νόμῳ. Legerunt עֵדָה vel עֵדוּת. — פֶּה, *os*. Prov. XXIV. 7. Judice Doederleinio in Bibl. Theol. T. II. p. 342. ἐκ νόμου emendandum h. l. est in ἐκ στόματος κυρίου, ubi non cogitasse videtur, eos sensum potius h h. l. ac quidem non male expressisse, et פֶּה haud raro notare per metonymiam *id, quod ore profertur*, adeoque etiam *legem, mandatum*. — פִּתְגָם, *decretum*. Esth. I. 20. — *רָשָׁע, *impius*. Aqu. Theod. Prov. XIX. 28. ubi tamen pro νόμων legendum ἀνόμων. Vide ad h. l. Montfauconium. — שִׁירָה, *canti- i cum*. Deuter. XXXII. 46. ἐλάλησε πάντας τοὺς λόγους τοῦ νόμου τούτου, loquebatur omnia verba hujus cantici. Photius: Νόμος ὁ κιθαρῳδικός, τρόπος τῆς μελῳδίας ἁρμονίαν ἔχων τάξιν καὶ ῥυθμὸν ὡρισμένον. Confer etiam Suidam ac Phavorinum s. h. v. Sic etiam Schol. Aristoph. in Equit. v. 9. testatur, quod hymni in Deos νόμοι dicti sint. Νόμοι δὲ καλοῦνται, k inquit, οἱ εἰς θεοὺς ὕμνοι. Etiam ex Aristotele discimus, quod cantilenæ olim νόμοι dictæ sint. Nam Problem. XIX. 28. quærit: διὰ τί νόμοι καλοῦνται (sc. ὕμνοι), οὓς ᾄδουσιν, et respondet: ἢ ὅτι, πρὶν ἐπίστασθαι γράμ-

a μικα, ᾔδει τοὺς νόμους, ὅπως μὴ ἐπιλά-
θωνται, ὥσπερ ἐν Ἀγαθύρσοις ἔτι εἰώθασι.
Καὶ τῶν ὑστέρων οὖν ᾠδῶν τὰς πρώτας τὰ
αὐτὰ ἐκάλεσαν, ὅπερ τὰς πρώτας. Vide
Spanhem. ad Callimach. p. 510. et
Ilgenium ad Σκόλια p. XL. Unde
luculenter apparet, errasse Tych-
senium, qui LXX הַתּוֹרָה legisse
statuit. — שֵׁם, *nomen*. Jer. XXIII.
27. Plerique fere, quos consului,
b critici recentiores in opinione ver-
santur, pro νόμου h. l. reponendum
esse ὀνόματος, coll. Psalm. CXXIX.
4. et Ies. XLII. 5. Sed mihi ideo
secus videtur, quia *nomen Dei* com-
mode h. l. de *legibus divinis* expli-
cari potest atque adeo debet. —
*תּוֹדָה, *gratiarum actio*. Amos IV.
5. ubi indubie legerunt תּוֹרָה. —
תּוֹרָה. Exod. XII. 49. Ps. XVIII.
c 8. Ies. II. 3. Hagg. II. 12. νόμον, *de
lege* seu *quæstionem legis*. Mal. II.
6. et alibi sæpissime. Sap. VI. 4.
νόμον. Vulg. bene: *legem justitiæ*.
Sirac. XXXV. 24. νόμος, *dictamen
conscientiæ*. Sirac. XXX. 17. νόμῳ
ὑψίστου, qui lenitatem in corripiendo
proximo præcipit. 1 Macc. X. 30.
ἀπὸ τῶν τριῶν νόμων τῶν προστιθεμένων αὐ-
τῇ ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος καὶ Γαλιλαίας,
d a tribus *præfecturis*, quæ additæ
sunt illi (sc. Judææ) ex Samaria et
Galilæa. Vide et v. 38. Syrus ibi
per *portionem, vectigal* interpretatus
est, quam notionem quoque habere
potest a νέμεσθαι, *dividere, partiri*.
1 Macc. XI. 34. 57. et conf. Joseph.
Antiqu. Lib. XIII. c. 4. p. 644. et
Lib. XIII. c. 5. pag. 646. Hesych.
νόμος, θεσμὸς, συνήθεια, νομὴ, τόπος καὶ
e λόγος. Suidas: νόμος καὶ χώρα, διὰ
τὸ ἕκαστον ἔθνος ἰδίοις νόμοις χρῆσθαι.
Cæterum cum νόμος *regionem* vel
præfecturam significat, in editioni-
bus, quæ Romanam sequuntur, lo-
cis e Libb. Maccab. citatis (quibus
adde 3 Macc. IV. 3.) rectius scri-
bitur cum accentu in ultima. Nam
νομὸς *pascuum, pabulum*, et in uni-
versum *sedem, mansionem*, et spe-
ciatim *regionem, præfecturam, pro-* f
vinciam, præsertim in Ægypto, no-
tat. Et sic etiam apud alios auc-
tores Græcos occurrit. Diod. Sic.
Lib. I. p. 66. Τῆς Αἰγύπτου δὲ πάσης
εἰς πλείω μέρη διῃρημένης (ὧν ἕκαστον
κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον ὀνομάζεται
νομὸς), ἐφ᾽ ἑκάστῳ τέτακται νομάρχης.
Vide et Herodoti et Strabonis loca
observata Raphelio Annott. Hero-
dot. in SS. pag. 46. ubi etiam Ies. g
XIX. 2. νομὸς ἐπὶ νομὸν pro νόμος ἐπὶ
νόμον scribendum judicat. Confer et
Marshami Can. Chron. pag. 539.
Tittmannum ad Zonaræ Lex. 1404.
ac H. Stephani Thes. L. Gr. (ed.
Lond.) T. I. Vol. II. pag. 244. seq.
3 Macc. VII. 5. νόμου Σκυθῶν ἀγριω-
τέρα ὠμότης, crudelitas sævior Scy-
tharum *moribus*. 3 Esdr. IX. 39.
ubi νόμος *volumen, librum legis* notat, h
Hebr. סֵפֶר תּוֹרָה. Nehem. VIII.
1. 3 Esdr. VIII. 21. ubi est *man-
datum, lex*. Chald. טְעֵם Esdr. VII.
23.

*ΝΟΜΟΦΥ'ΛΑΞ, *custos legis*. 4
Macc. XV. 32. Vide Photii Lex.
col. 221. sub νομοφύλακες.

ΝΟΣΕΡΟ'Σ, *morbosus, morbidus,
non sanus*. Vide supra s. v. θάνα-
τος. i

ΝΟΣΕ'Ω, *morbo laboro, ægroto*.
חָלָה, idem. Symm. Gen. XLVIII.
1. et 1 Sam. XXX. 13. Sap. XVII.
8. ψυχὴ νοσοῦσα, animus *timore ple-
nus*, et paulo post ἐνόσουν, *terrore
percellebantur*. Apud Græcos quo-
que νόσος de *vitiis animi* dicitur.
Vide Victor. V. L. I. 14. et Triller.
Obss. Crit. p. 377. Grammaticus
Sangerm. MS. (apud Valckenar. ad k
Eurip. Fragm. pag. 180.) νόσον ἔχειν
ἀντὶ τοῦ φαῦλον ἦθος ἔχειν. Conf. quo-
que Lexicon N. T. s. h. v.

ΝΟ'ΣΟΣ, *morbus, ægritudo*. דֶּרֶךְ,
via. Job. XXIV. 23. N. L.—חוֹלָה.
Symmach. Cohel. V. 12. — חֳלִי.
Deut. XXVIII. 59. 2 Paral. XXI.
19. Symmach. Ies. I. 5. — מַדְוֶה,

a *languor*. Deut. VII. 15. — מַחֲלָה. Exod. XV. 26. 2 Par. XXI. 15. — תַּחֲלוּאִים plur. Deuter. XXIX. 22. Ps. CII. 3. Adde Dan. XIII. 57. sec. cod. Chis.

ΝΟΣΣΕΥ'Ω, *nidifico*, it. *struo*. קִנֵּן Pih. Ies. XXXIV. 15. Jer. XLVIII. 28. περιστεραὶ νοσσεύουσαι, columbæ *nidificantes*. Hesychius: νοσσεύουσαι, γεννῶσαι. Vide et Ezech. XXXI. 6. et Dan. IV. 9. sec. cod.
b Chis.—*קָנָה, *possideo*. Prov. VIII. 22. ubi Epiphanius Hæres. 69. habet ἐνόσσευσε, *velut pullum exclusit me*. Legit aliis punctis subjectis קִנְּנִי, *nidificavit me*, vel *in nido ut pullum exclusit me*, h. e. *genuit et generavit me*. Sirac. I. 16. θεμέλιον αἰῶνος ἐνόσσευσε, fundamentum æternum *quasi nidum* quendam *sibi paravit et construxit*, h. e. sedem et domum æter-
c nam sibi elegit. Vide ad h. l. Baduellum.

ΝΟΣΣΙΑ', *nidus*, *mansiuncula*. חֹר, *caverna*. Nahum. II. 12. — *קַיִן nom. propr. *Cain*. Num. XXIV. 22. Legerunt קֵן. — קֵן. Gen. VI. 14. ubi Schol. τὰς εἰς νοσσοτροφίαν ἐπιτηδείως ἐχούσας καταλύσεις. Num. XXIV. 21. Deut. XXII. 6. et alibi sæpius. Adde Symmachum. Job. XXXIX. 28. Aqu. Ies. XV. 2. —
d *קְנֹה et קְנוֹת infin. a קָנָה, *acquirere*. Prov. XVI. 17. νοσσιαὶ σοφίας, νοσσιαὶ αἰσθήσεως. Duxerunt a nomine קֵן, *nidus*. Vide ad h. l. Jaegerum. Sir. XXXVI. 26. *sedes fixa*, *perpetua*.

ΝΟΣΣΙ'ΟΝ, *pullus*. אֶפְרֹחִים plur. Psalm. LXXXIII. 3. Conf. Matth. XXIV. 37. et ad h. l. Alberti pag. 138.

e ΝΟΣΣΟΠΟΙΕ'Ω, *nidum facio*, *nidifico*. עֹנֶג, *voluptas*. Ies. XIII. 22. νοσσοποιήσουσιν, non male quoad sensum, nam עֹנֶג h. l. de *habitatione* s. *mansione eaque amœna* explicandum est. Eodem modo et νοσσοποιέομαι usurpatur 4 Macc. XIV. 16.

ΝΟΣΣΟ'Σ, contr. ex νοσσός, *pullus*. *אֲרֻבּוֹת, *columbaria*. Ies. LX. 8. σὺν νοσσοῖς. Admodum inepte pro f
אֶל אֲרֻבֹּתֵיהֶם, *ad columbaria sua*, legerunt אֶל אֶפְרֹחֵיהֶם. — בֵּן, *filius*. Al. Levit. XII. 8. XIV. 22. XV. 14. Confer Sturz. de Dial. Maced. p. 185.

ΝΟΣΦΙ'ΖΟΜΑΙ, *suffuror*, *in usus meos aufero*, *ad me averto*. Jos. VII. 1. ἐνοσφίσαντο (sc. τί) ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, *averterunt* aliquid *ad se* de anathemate. Latinus vertit: *usurpa-* g
verunt de *anathemate*. In textu Hebr. pro hoc verbo κατὰ τὸ ῥητὸν nihil legitur. Repetierunt ex antecedentibus יִקַּח. Similiter Act. V. 2. ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς, ex illo pretio aliquid *ad se avertit*. Confer Lex. N. T. s. h. v. 2 Macc. IV. 32. χρυσώματα τινὰ τῶν τοῦ ἱεροῦ νοσφισάμενος ἐχαρίσατο τῷ Ἀνδρονίκῳ, aurea vasa quædam templi *suffuratus* donabat h
Andronico. Hesych. νοσφίζεται, ἰδιοποιεῖ, κλέπτει, ἀποστερεῖ, ἀφαιρεῖ, χωρίζει. Lex. Cyrilli MS. Brem. νοσφίζεται, ἀφαιρεῖται, ἀποκρύπτει, ἀποκλέπτει. Gloss. Gr. Lat. νοσφίζομαι, *peculor*, *usurpo*. Confer Alberti Not. in Gloss. Græc. in N. T. pag. 65.

ΝΟ'ΤΙΟΝ, *auster*, *Africus*. תֵּימָן, *auster*, *plaga australis*. Theod. Hab. III. 3. i

*ΝΟ'ΤΙΟΣ, *humidus*, *uvidus*, *australis*. Ed. Quinta Ps. LXXIV. 8. ubi verba ἀνατολῶν ἔρημα, ὄρη δὲ νότια καὶ βόρεια τμήματα, nihil aliud continent, quam merum scholion commentatoris, quod ad explicationem verborum ἐρήμων ὀρέων in Hexapla irrepsit. Vide ad h. l. Montfauc. Zonaras Lex. col. 1405. νοτίου, θαλασσίου. νοτίου θηρός. λέγει δὲ τὸ κῆτος. Eadem leguntur apud Phavorinum. Apud Etymol. M. 607. 55. occurrit νότιος ἱδρώς.

a ΝΟ'ΤΟΣ, *auster*, *meridies*, it. *oriens*, etiam *omnis ventus calidior*. Solebant nempe veteres duos ventos distinguere, frigidiorem, quem Aquiloni tribuerunt, et calidiorem, quem Austro, ut satis probatur ex Aristotelis Polit. IV. 3. ἐπὶ τῶν πνευμάτων λέγεται τὰ μὲν βόῤῥεια, τὰ δὲ νότια, τὰ δ' ἄλλα τούτων παρεκβάσεις. דָּרוֹם, *meridies*. Job. XXXVII.
b 17. Cohel. I. 5. XI. 3. et alibi sæpius. — כָּתֵף, *latus*. Jos. XV. 8. 10. — נֶגֶב. Exod. XXVII. 9. XL. 22. Num. XIII. 30. et alibi. — צָפוֹן, *aquilo*. Exod. XXVI. 20. — קָדִים, *oriens*. Exod. X. 13. XIV. 21. Job. XXXVIII. 24. Conf. Keuchenium ad Luc. XII. 55. p. 139. — קֶדֶם, idem. Num. XXXIV. 15. — תֵּימָן. Exod. XXVI. 35. Num. II. 10. X.
c 6. et alibi. Hab. III. 3. ἀπὸ νότου. Gregorius Magnus Lib. XXXIII. Morall. c. 1. *a Libano*. Recte suspicatur Ribera in Comment. ad h. l. in aliquibus codd. scriptum fuisse ἀπὸ λιβονότου, *a libonoto*, qui ventus est inter Libem et Notum. Hinc ab exscriptoribus, quid esset *Libonotus* s. *Libanotus*, ignorantibus scriptum est *a Libano*.

d ΝΟΤΟ'ΝΔΕ, *ad austrum*. הַנֶּגְבָּה, Aqu. Gen. XII. 9. ubi Symm. εἰς νότον, ac Codex Mosq. vitiose habet: νότον δέ. Aqu. 1 Sam. XX. 41.

ΝΟΥΘΕΣΙ'Α, *admonitio*. Judith. VIII. 23. Sap. XVI. 6. Gloss. Brem. νουθεσία, ἡ τὸν νοῦν διατιθοῦσα.

ΝΟΥΘΕΤΕ'Ω, *admoneo*, *commonefacio*. בִּינָה, *intellegentia*. Job. XXXIV. 16. — הִתְבּוֹנֵן Hithp. a
e בִּין, *intellego*. Job. XXXVIII. 18. — יָסַר Pih. *erudio*. Job. IV. 3. — כִּהָה Pih. *rugas contraho*. 1 Sam. III. 13. οὐκ ἐνουθέτει αὐτούς, non severe et graviter eos admonuit. Bene quoad sensum. Vulg. *non corripuerit eos*. Vide et Sap. XI. 11. XII. 2. 26. μὴ νουθετηθέντες, non *correcti*, *emendati*.

ΝΟΥΘΕ'ΤΗΜΑ, i. q. νουθεσία, *admonitio*. מוּסָר, *castigatio*. Job. V. 17. Lex. Cyrilli MS. Brem. νουθέτημα, συμβουλία. f

ΝΟΥΘΕ'ΤΗΣΙΣ, idem. Prov. II. 2. ubi in textu Hebr. nihil pro hac voce legitur. Vide ad h. l. Jaegerum. Judith. VIII. 27. εἰς νουθέτησιν μαστιγοῖ κύριος τοὺς ἐγγίζοντας αὐτῷ: ubi νουθέτησις est *emendatio, quæ admonitione vel castigatione efficitur*. Ald. et Compl. habent ibi νουθεσίαν. Νουθέτησις Attice magis, quam νουθεσία, judice quidem Thom. Mag. p. g
630. Conf. Pierson. ad Mœr. Attic. p. 270.

ΝΟΥΜΗΝΙ'Α. Vide supra νουμηνία.

ΝΟΥ͂Σ, *mens*, *animus*, *spiritus*. אֹזֶן, *auris*, etiam metaph. *facultas intellegendi*. Job. XXXIII. 16. Ita cod. Alex. et alii libri veteres, teste Chrysostomo. Sed cod. Vat. οὖς habet, quod etiam præfert Patricius Junius. — לֵב, *cor*, it. *animus*. Ex. VII. 23. Job. VII. 17. — לֵבָב, h
idem. Jos. XIV. 7. Ies. X. 7. — רוּחַ, *spiritus*. Ies. XL. 13. τίς ἔγνω νοῦν κυρίου; quis novit *mentem* Domini? Conf. 1 Cor. II. 16. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; quis *decreta et consilia* Dei novit? Conf. Lex. N. T. s. h. v. Sap. IX. 15. Judith. VIII. 14. ubi est *absconditum mentis consilium*, i. q. βάθος καρδίας. Ἐγείρειν τὸν νοῦν 3 Esdr. II. 9. est. i. q. v. 8. ἐγείρειν τὸ πνεῦμα, h. e. *promptum et* i
alacrem reddere.

*ΝΥΓΜΟ'Σ, *compunctio*. פּוּקָה, *vacillatio*, metonymice *id*, *quo quis ad vacillandum compellitur*, *offendiculum*. Al. 1 Sam. XXV. 31.

ΝΥΚΤΕΡΕΥ'Ω, *pernocto*. הִתְלוֹנֵן Hithp. a לוּן, *continuo et indesinenter commoror*. Symm. Ps. XC. 1.

a ΝΥΚΤΕΡΙΝΟ'Σ, *nocturnus.* לַיִל: לַיְלָה, *nox.* Job. IV. 13. XX. 8. Ps. XC. 5. Prov. VII. 9. Aqu. Symm. Cant. V. 3.

ΝΥΚΤΕΡΙ'Σ, *vespertilio.* עֲטַלֵּף, idem. Lev. XI. 19. Deut. XIV. 18. Ies. II. 20. Hesych. *νυκτερίς, πετεινὸν νυκτερινόν.*

ΝΥΚΤΙΚΟ'ΡΑΞ, *nycticorax, corvus nocturnus.* כּוֹס, *bubo.* Lev. XI.
b 17. Psalm. CI. 7. — קֹרֵא, *perdix.* 1 Sam. XXVI. 20. Judice Bocharto Hieroz. P. II. p. 636. ed. Rosenm. legerunt קֹדֵא, Daleth pro Resch. — שָׁלָךְ, *mergus.* Deut. XIV. 16. Suidas: *νυκτικόραξ, εἶδος ὀρνέου ἐρημικοῦ, ὃ τὰς οἰκουμένας φεῦγον τῶν οἰκιῶν, ταῖς ἐρήμοις καὶ καταλελυμέναις προστρέχει. τὰ γὰρ οἰκόπεδα ἐρείπια φασίν. οὕτω καὶ τὸ στρουθίον, δειλὸν ὄρνεον ὄν,*
c *ὑπὸ ἀγωνίας ἐλαύνει τὸν ὕπνον.* Confer quoque Theodoret. ad Ps. CI. 7. ac Munckerum ad Antonin. Liber. Metam. c. 15.

ΝΥΚΤΟΠΟ'ΤΙΟΝ, *poculum nocturnum.* צַפַּחַת, *scyphus.* Symm. 1. Sam. XXVI. 11.

ΝΥ'ΚΤΩΡ, *noctu, de nocte.* Sirac. XXXVIII. 30. 2 Macc. XII. 6. XIII. 15. 3 Macc. I. 3. Lex. Cyrilli
d MS. Brem. *νύκτωρ, νυκτός.* Ita etiam apud Hesychium, nisi quod vitiose apud illum legatur *νύκτορ.* Apud Suidam exponitur: *διὰ τῆς νυκτός.* Videatur Boissonade ad Marini vitam Procli p. 68. seq.

ΝΥΜΦΑΓΩΓΟ'Σ, *sponsæ dux, qui sponsam e paternis ædibus deducit ac sponso adducit, pronubus.* מֵרֵעַ, *amicus.* Gen. XXVI. 26. Jud. XIV. 20.
e ubi Vat. pro *νυμφαγωγῷ* habet *ἑνὶ τῶν φίλων αὐτοῦ.* Hesych. *νυμφαγωγὸς, ὁ μετερχόμενος ἑτέρῳ νύμφην, καὶ ἄγων ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οἰκίας, ᾧ πρότερον γεγαμηκότι οὐκ ἔξεστι μετελθεῖν. διὸ στέλλουσι τῶν φίλων τινάς. διαφέρει γὰρ ὁ νυμφαγωγὸς τοῦ παρόχου. καλεῖται γὰρ πάροχος τῶν φίλων τις ὁ ἐπὶ τῷ ὀχήματι ἅμα τῇ νύμφῃ καὶ τῷ νυμφίῳ ὀχούμενος, οἷον παράνυμφος.* Pollux Onom. Lib. III. c. 3. segm. 41. *ὁ δὲ ἄγων τὴν νύμφην ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οἰκίας νυμφαγωγὸς,* f
ὁπότε μὴ ὁ νυμφίος μετίῃ. Conf. Bonfrerium ad Jud. l. c. et Lampium in Psalm. XLV. p. 522. et in Joh. III. 29. p. 672.

ΝΥ'ΜΦΕΥΣΙΣ, *desponsatio, elocatio.* חֲתֻנָּה, idem. Cant. III. 11.

ΝΥΜΦΕΥΤΗ'Σ, ad literam *pronubus,* sed Aquila intellexit *socerum.* Ex. III. 1. XVIII. 1. 5. ubi Hebr. חֹתֵן respondet.

ΝΥΜΦΕΥ'Ω, *gener efficior.* הִתְחַתֵּן g
Hithp. *affinitatem ineo.* Aqu. 1 Sam. XVIII. 22.

ΝΥ'ΜΦΗ, *sponsa,* it. *filii sponsa, nurus, socrus.* בְּתוּלָה, *virgo.* Joël. I. 8. — חֹתֶנֶת, *socrus.* Aqu. Deut. XXVII. 23. — כַּלָּה. Gen. XI. 31. *τὴν Σάῤῥαν, τὴν νύμφην αὐτοῦ,* Saram, *nurum* suam. Vide et Genes. XXXVIII. 24. (ad quem locum vid. Bonfrerius p. 290.) Levit. XVIII. 15. Mich. VII. 6. Tob. XII. h
12. et conf. Matth. X. 35. Luc. XII. 53. Sap. VIII. 2. 1 Macc. IX. 37.

ΝΥΜΦΙ'ΟΣ, *sponsus,* it. *gener.* חָתָן, idem. Jud. XIX. 5. Nehem. XIII. 28. ubi al. *γαμβρὸν,* et *γαμβρὸς,* pro *νυμφίον* et *νυμφίου.* Adde Var. Lect. Jud. XV. 6.

ΝΥΜΦΩ'Ν, *thalamus, cubiculum nuptiale.* חֶדֶר, *cubile.* Joël. II. 16. Tob. VI. 13. 17.

ΝΥ͂Ν, *nunc, jam, hoc tempore.* i
אֵיפוֹא: אֵפוֹא. Jud. IX. 38. Ies. XIX. 12. XXII. 1. — *בְּזָא, *diripio.* Ies. XVIII. 2. 7. ubi בְּזָאוּ acceperunt, quasi idem esset, quod בָּזוּ, *in hoc tempore.* — הַפַּעַם, *hac vice.* Gen. II. 23. Exod. IX. 28. — *עוֹד, *adhuc.* Hos. XII. 1. Legerunt עַת. — עֵת, *tempus.* 2 Sam. V. 26. Ezech. XVI. 56. XXVII.

a 34. Hos. XIII. 13. In omnibus his locis legisse nonnullis videntur עַתָּ. — עַתָּה. Genes. III. 22. et alibi sæpius. Pro νῦν apud LXX sec. ed. Compl. 1 Sam. VIII. 5. reponendum est ἦν. Hesych. νῦν, ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἐνίοτε δὲ ἀντὶ τοῦ δὴ παραπληρωματικοῦ, καὶ ἐπίῤῥημα χρόνου ἐνεστῶτος. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀρτίως.

ἈΠΟ᾿ ΤΟΥ͂ ΝΥ͂Ν, *a nunc*, h. e.
b *ab hoc tempore*. הַפַּעַם, *hac vice*. Gen. XLVI. 31. — מֵעַתָּה. Ies. IX. 7. Dan. X. 17. Mich. IV. 7. Sir. XI 23—25. notat *nunc*, *hoc tempore* simpliciter, ita ut vis præpositionis ἀπὸ evanescat.

ΝΥ͂Ν ἜΤΙ, *adhuc nunc*, *nunc adhuc*. הַפַּעַם, *hac vice*. Gen. XXIX. 34.

ἜΤΙ ΝΥ͂Ν, idem. אַךְ הַפַּעַם,
c *tantum hac vice*. Exod. X. 17.

ἝΩΣ ΤΟΥ͂ ΝΥ͂Ν, *usque nunc*. עֶדְנָה, *voluptas*. Gen. XVIII. 12. ubi legerunt עֶדְנָה, pro עַד הֵנָּה, *hucusque*, hoc sensu: cum nondum hucusque pepererim, an jam incipiam parere? Fortasse etiam hanc vocem compositam esse putarunt ex עַד et נָה legentes עַד־נָה. — עַד עַתָּה. Gen. XXXII. 4. XLVI. 35. Deut.
d XII. 9. Ez. IV. 14. — עַד־הַיָּמִים הָהֵם, *usque ad hosce dies*. 1 Reg. III. 2.

ἝΩΣ ΝΥ͂Ν, idem. מֵעַתָּה, *a nunc*. Al. Jer. III. 4.

*ΚΑΙ᾿ ΝΥ͂Ν, *et nunc*. אַף כִּי, *etiam quia*. 2 Sam. IV. 11.

*ΤΟ᾿ ΝΥ͂Ν, *hucusque*. הַפַּעַם, *hac vice*. Exod. IX. 27. ubi Schol. ἐν καιρῷ ἕως τοῦ νῦν.

e ὩΣΕΙ᾿ ΝΥ͂Ν, *sicut nunc*. כַּיּוֹם הַזֶּה, *sicut hoc die*. Deut. XXIX. 28.

*ΟΥ͂Ν ΝΥ͂Ν. אֵפוֹא, *nunc*. Symm. 2 Reg. X. 10. — Vide alibi ὁ νῦν καιρός.

ΝΥΝΙ᾿, idem quod νῦν, *nunc*. עַתָּה. Gen. XXXII. 10. Exod. XXXII. 33. Num. XI. 6. et alibi. — *פַּעַם, *hac vice*. Inc. 2 Sam. XVII. 7.

ΝΥ᾿Ξ, *nox*. יוֹם, *dies*. Jud. XVI. f
17. ὅλην τὴν νύκτα. Verba hæc Aquilæ quoque tribuuntur in Cod. Basil. et Alex., quod ut credam, ideo a me impetrare non possum, quia, ut mihi certe videtur, continent meram ingeniosam opinionem interpretis, qui bene memor eorum, quæ in antecedentibus leguntur, et ratione habita artium, quibus meretrices uti solent, tempus noctur- g
num loco diei posuit. Job. III. 4. Hic quoque non aliter legerunt, sed auctor hujus versionis vel scripsit ἡ ἡμέρα καὶ ἡ νὺξ ἐκείνη, vel errorem commisit facile condonandum, et quia in proxime antecedentibus noctis mentio facta erat, nec satis accurate inspexit textum Hebr., νὺξ posuit pro ἡμέρα. Præterea satis constat, Homerum *dierum* loco h
sæpe *noctes* numerare, לַיִל et לַיְלָה quandoque *tempus* in universum notare, v. c. Jon. IV. 10. et Hos. IV. 5., ac eundem loquendi usum etiam in l. Arab. obtinere, ut docuit Koehler in Obss. Philol. in Loca Selecta Codicis Sacri p. 15. — לַיִל : לַיְלָה. 1 Sam. XXX. 12. οὐ πεπώκει ὕδωρ τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, non bibit aquam tres dies et tres noctes, i
h. e. tria νυχθήμερα, s. *in diem tertium*. Quod enim verba ita intellegi debeant, patet ex v. 13., ubi causam homo Ægyptius exponens, cur dicto temporis spatio nihil comederit aut biberit, ita: ἠνωχλήθην ἐγὼ σήμερον τριταῖος. Confer Matth. XII. 40. Esth. IV. 16. μὴ φάγητε μηδὲ πίητε ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς νύκτα καὶ ἡμέραν, ne comedatis atque bibatis ad tres dies, noctem et diem. Hic

a non νυχθημέρου partes, dies nempe et noctes sigillatim accipi posse, sed dies omnino civiles conjunctim, ostendit collatio Cap. V. 1. ubi regina, quæ ipsa jejunium, aliis imperatum, non minore, quam cæteri, religione observaverat (quod ex Cap. IV. 16. liquet), ornasse se ac ad regem introivisse dicitur ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, die tertio. Vide Wandalinum Dia-
b trib. ad W. Langium c. 4. p. 289. ed. Græv. in Synt. Diss. Rarior. Prov. XXXI. 15. ἐκ νυκτῶν, *nocte*. Jud. XI. 3. τὴν νύκτα pro κατὰ τὴν νύκτα, coll. Hom. Il. Κ', v. 497. — לֵילְיָא Chald. Dan. II. 19. V. 32. VII. 2. — *מִבְּלִי לוֹ, *propter non ei*, h. e. *non existente in eo*. Job. XVIII. 15. ἐν νυκτὶ αὐτοῦ. Legerunt בְּלֵילוֹ. — נֶשֶׁף, *crepusculum*. Job. III. 9.
c —*שָׁעָה et in statu emphat. שַׁעֲתָא Chald. *hora*. Dan. V. 5. sec. cod. Chis. ἐν αὐτῇ τῇ νυκτί. Sensum expresserunt, nam noctis tempore hoc, quod narratur, factum erat.

ΝΥ'ΣΣΩ, *pungo*. Sirac. XXII. 22. νύσσων ὀφθαλμὸν, *pungere oculum*. Ibid. νύσσειν καρδίαν, *pungere mentem minando, laudando, terrendo, interrogando*, etc. 3 Maccab. V. 14. ubi est
d *vellere excitandi aliquem causa*: ἔνυξε τὸν βασιλέα, somno scilicet sopitum. Conf. Act. XII. 7. ubi idem dicitur πατάσσειν τὴν πλευράν. Hesych. νύσσει, παίζει, ῥήσσει.

ΝΥ'ΣΤΑΓΜΑ, *dormitatio, dormiturientium nictatio, et magna dormiendi cupiditas, in qua stantes etiam connivent et dormitant*. תְּנוּמָה, idem. Job. XXXIII. 15.

ΝΥΣΤΑΓΜΟ'Σ, idem. *נְאֻם, *di-*
e *cit*. Jerem. XXIII. 31. pro וַיִּנְאֲמוּ נְאֻם *et dixere* (*dicunt*) *dicit*, καὶ νυστάζοντας νυσταγμὸν αὐτῶν. Derivarunt non a נָאַם, *dicere*, sed a נוּם quod νυστάζειν notat. Fortasse tamen sensum expresserunt, ita ut νυσταγμὸς h. l. notet *oracula falsa*, quæ v. 32. diserte vocantur חֲלֹמוֹת שֶׁקֶר, *somnia falsitatis* s. *mendacii*, et νυστάζειν sit *proferre somnia*. — f
תְּנוּמָה, *dormitatio*. Ps. CXXXI. 4. εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, si dabo somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem. Eodem modo ὕπνος πολὺς et νυσταγμὸς conjunguntur Dan. IV. 32. sec. cod. Chis. ubi nihil ei respondet in textu Hebr. Adde Aqu. Symm. Theod. Psalm. CXXXI. 4. Symm. Theod. Prov. g
VI. 4. Vide et Sir. XXXI. 2. Hesych. νυσταγμὸς, ὕπνος.

ΝΥΣΤΑ'ΖΩ, *dormito*. דָּלַף, *stillo*. Ps. CXVIII. 28. ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας (Vulg. *dormitavit*): ubi tamen pro ἐνύσταξεν alii rectius, judice Bielio, ἔσταξεν habent. Alii legere malunt ἐστέναξεν. Vide infra s. στάζω. Confer quoque Starck. Carmina Davidis Vol. I. p. 185. — *נָאַם, *dico*. Jerem. XXXIII. 31. h
Vide supra s. v. νυσταγμός. — נוּם. Ps. CXX. 3. 4. Ies. V. 27. Nahum. III. 18. — נִרְדַּם Niph. *somno obruor*. Psalm. LXXV. 6. — שֵׁנָה, *somnus*. Prov. XXIV. 33. — תְּנוּמָה, *dormitatio*. Prov. VI. 10. Inc. Prov. XXIV. 33. ubi aut duæ coaluerant versiones, aut alterutra referenda est ad præcedens שֵׁנוֹת. Præterea legitur 2 Sam. IV. 6. καὶ ἰδοὺ ἡ θυρωρὸς τοῦ οἴκου — ἐνύσταξε καὶ ἐκά- i
θευδε, ubi nihil quidem legitur in textu Hebraico, a Josepho tamen (A. J. VII. 2. 1.) diserte exprimitur. Sir. XXII. 8. νυστάζοντι, *somnolento*.

ΝΩΘΡΟΚΑ'ΡΔΙΟΣ, *tardus corde, qui ignavo et segni est corde, tardus ad ratiocinationem*. נַעֲוֵה לֵב part. Niph. *perversus corde*. Prov. XII. 8. νωθροκάρδιος δὲ μυκτηρίζεται, *tardus vero ad ratiocinationem illuditur*. Plutarch. de Solert. Animal. p. 963. de tali homine: εἰ νωθρότερον φρονεῖ καὶ κάκιον

a διανοεῖται. Hesych. et Lex. Cyrilli MS. Brem. νωθροκάρδιος, βραδὺς κατὰ λογισμόν. Zonaras Lex. 1410. νωθροκάρδιος, ὁ κατὰ λογισμὸν βαρὺς καὶ ῥάθυμος.

ΝΩΘΡΟ'Σ, *tardus, segnis, ignavus, infirmus, imbecillis.* חֲשֻׁכִּים plur. *obscuri, ignobiles.* Prov. XXII. 29. Vulg. *ignobiles.* Reddiderunt per νωθροὺς propter oppositionem, aut
b legerunt per Sin חֲשֻׁכִּים. Sir. IV. 34. νωθρὸς καὶ παρειμένος ἐν τοῖς ἔργοις, *segnis* et remissus in operibus. Sir. XI. 13. ἔστι νωθρὸς προσδεόμενος ἀντιλήψεω, est *imbecillis,* qui auxilio indiget. Vulg. *marcidus.* Hesych. νωθρόν, βραδὺ, νωχελὲς, ἀσθενές. Lex. Cyrilli MS. Brem. νωθρὸν, ἀσθενῆ, βραδὺν, δυσκίνητον. Conf. Lex. N. T. s. h. v.

*ΝΩΘΡΟ'ΤΗΣ, *tarditas, segnities, imbecillitas.* 3 Macc. IV. 5. τὴν ἐκ
c τοῦ γήρως νωθρότητα ποδῶν, ob *tarditatem* s. *imbecillitatem* pedum, quæ ex ætate erat. Hippocr. Prædict. p. 70. B. Diod. Sic. Bibl. p. 94. 10. ἀφροσύνῃ καὶ νωθρότητι ψυχῆς. Suidas: νωθρότης, ἡ βραδύτης.

ΝΩΚΗ'Δ. Ipsa vox Hebr. נֹקֵד, *pecuarius.* 2 Reg. III. 4. juxta ed. Rom. Gloss. in Lib. 4 Reg. Fabric. edit. Μωαβινωκὶμ (repone Μωὰβ ἦν νωκὴδ), ἦν τρέφων βοσκήματα. In Cod.
d MS. Barocc. pariter corrupte: Μωαβινωχὶθ, ἦν τρ. β.

ΝΩΤΟΚΟΠΕ'Ω, *dorsum* seu *tergum ferio, decervico, cervicem amputo.* עָרַף, *cervicem frango.* Theod. Exod. XIII. 13. νωτοκοπήσεις.

ΝΩ'ΤΟΣ et ΝΩ'ΤΟΝ, *dorsum, tergum.* Apud LXX late patet hæc vox, et non modo *illam corporis partem, qua onera sustinentur, dor-*
e *sum* proprie sic dictum, sed *tergum totum* notat, *in quo et ipsi lumbi continentur.* גַּב. 1 Reg. VII. 32. Job. XV. 26. Ps. CXXVIII. 3. — גֵּו. Ies. L. 6. Symmach. Ies. LI. 23. Theod. Prov. X. 14.—כָּתֵף : כָּתֵף. Exod. XXXVIII. 14. 15. Num. XXXIV. 11. Jos. XVIII. 12. — מַפְרֶקֶת, *cervix.* 1 Sam. IV. 19. — מָתְנַיִם, *lumbi* (etiam *dorsum,* ut 1 Reg. XX. 31. nam dorsi late f
sumti pars est lumbus). Ps. LXV. 10. et LXVIII. 18. Aqu. Theod. Prov. XXXI. 17. Aqu. Theodoret. Prov. XXX. 31. ἀλεκτρυὼν νώτῳ, gallus dorso. Conf. Fulleri Miscell. Sacr. Lib. V. c. 11. p. 650. — עֹרֶף, *cervix.* Gen. XLIX. 8. Jer. II. 27. XVIII. 17. et alibi.—שָׁאוֹן, *strepitus.* Ies. XVII. 12. Sed ibi νῶτος est lectio aperte vitiosa. Scri- g
bendum est ἦχος, ut exhibet ed. Complut. — שְׁכֶם, *humerus.* Gen. IX. 23. Ps. XX. 13. LXXX. 5. Judith. I. 9. ἐπὶ νῶτα τάνεως καὶ μέμφεως, in oppida Tanis et Memphis, ubi νῶτα (si nempe sana est hæc lectio, quam ed. Complut. exhibet: nam in reliquis libris legitur: ἐπάνω τάνεως κ. μ.) pleonastice ponitur, quemadmodum et apud Græcos h
scriptores exteros τὰ νῶτα τῆς θαλάσσης haud raro *mare ipsum* notat.

*ΚΑΤΑ' ΝΩ'ΤΟΥ. אַחֲרֵי, *post.* Ed. Quinta Hos. V. 8. κατὰ νώτου σου, pro אַחֲרֶיךָ. Vulg. *post tergum tuum.* Sed auctor hujus versionis νώτου de suo adjecisse videtur.

ΝΩΤΟΦΟ'ΡΟΣ, *dorso vel humeris portans.* סַבָּל, *bajulus.* 2 Par. II. 2. 11. XXXIV. 13. Lexic. Cyrilli MS. i
Brem. νωτοφόρος, ὁ τῷ νώτῳ τὰ ἄχθη, τουτέστιν τὰ βάρη, φέρων.

ΝΩΧΕΛΕΥ'ΟΜΑΙ, *piger, tardus, et segnis sum in opere.* הִתְרַפָּה Hithp. *remisse me gero.* Aqu. Prov. XVIII. 9. et XXIV. 10. νωχελευόμενος. — עָפַל Pyh. *effero me.* Aqu. Hab. II. 4. ubi pro νωχελευομένου rescribendum puto νωχελευόμενος. Legit עָפֵל, ut Vulg. *qui incredulus est.* Hesych. νωχελής, ὀκνηρός, βραδὺς, ἄχρηστος.

Ξ

a **Ξ**ΑΝΘΙ'ΖΩ, *flavum reddo*, etiam *flavesco*, it. *fulvum* seu *rutilum* vel etiam *rufum reddo.* צָהוֹב, *fulvus.* Levit. XIII. 32. 36. ubi ξανθίζουσα est i. q. ξανθή. — שָׁחֹר, *niger.* Lev. XIII. 31. ubi non aliter legerunt, sed putarunt, ita ob v. 30. et 32. h. l. vertendum esse. Ideo tamen non mutanda erit lectio impressa cod. Hebr.: nam sec. Camusum
b سحر dicitur *albedo, quæ nigredinem superscandit* seu, etiam *paulatim vincit.*

ΞΑΝΘΙΚΟ'Σ, *nomen mensis apud Macedonas, qui Aprili respondet.* Esther. I. 1. sec. Vet. Arund. μηνὸς Ἀδαρνισὰν, ὅς ἐστι Δύστρος, ξανθικός. 2 Maccab. XI. 30. 33. 38. Joseph. A. J. Lib. I. p. 13. 9. f. et de Bell. Jud. Lib. VII. p. 432. §. 1. ult.
c Suidas: ξανθικὸς, ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Ἀπρίλλιος. Confer Sturz. de Dial. Maced. p. 32. ubi monet, rectius ξανδικὸς scribi.

ΞΑΝΘΟ'Σ, *flavus, rufus,* vel *ex flavedine ruber, rutilus.* צָהוֹב, *fulvus.* Al. Lev. XIII. 36. — שְׂרֻקִּים plur. *nigri.* Aqu. Zach. I. 8. ξανθοὶ, quam vocem Montf. referre mavult ad proxime antecedens אֲדֻמִּים, quod Vulg. vertit *rufi.* LXX πυρ-
d ῥοί. Sed potest eodem jure etiam ad sequens לְבָנִים, *albi*, referri.

ΞΕΙ'ΝΟΣ, *hospes, peregrinus.* נָכְרִי, idem. Aqu. Deut. XIV. 21.

*ΞΕΝΗΤΙ'Α. Sap. XVIII. 3. secundum cod. Alex. ubi reliqui libri ξενιτείας habent.

ΞΕΝΙ'ΖΩ, *hospitio excipio,* it. *peregrinus, novus, inusitatus sum.* Sir. XXIX. 28. ξενιεῖς, *hospitio excipies.* 2 Macc. IX. 6. ξενιζούσαις συμφοραῖς, *novis* vel *inusitatis cruciatibus.* Sic e
Act. XVII. 20. ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν, *nova* enim quædam infers auribus nostris. Hesych. ξενίζουσα, ἀλλόφυλος, ἀήθης, καινή. Idem: ξενίζουσαν, ναράν. Sic et ξένος aliquando *novum* significat. Vide infra in h. v. et vide Suiceri Thes. Eccles. T. II. p. 440.

ΞΕ'ΝΙΟΝ, *xenium*, proprie *mu-* f
nus, quod hospiti datur, deinde *quodcunque munus.* מִגְדָּנוֹת plur. *res pretiosæ.* Esdr. I. 6. — מִנְחָה. Hos. X. 6. ἀπήνεγκαν ξένια τῷ βασιλεῖ, afferebant *munera* regi. 2 Sam. VIII. 2. 6. Sir. XX. 29. 1 Macc. X. 36. (Syrus ibi ܦܣܘܢܝܐ. Bene: nam ξένιον ibi est *merces militum, stipendium, quod militibus constituitur,* i. q. alibi μισθοφορὰ s. ὀψώνιον, g
coll. III. 28.) Ib. XI. 24. Hesych. ξενία, ὑποδοχὴ, φιλοτιμία, φιλία, δῶρα, κατάλυμα, ἢ καταγώγιον. Hic vox δῶρα non vocem ξενία, sed ξένια manifeste interpretatur, et ex margine, ni fallor, ab indocto librario inserta est, in quo cum v. ξενία primo posita fuisse videtur: adeoque ita apud Hesychium legendum: ξενία, ὑποδοχὴ, φιλοτιμία, φιλία, κατάλυμα, ἢ καταγώγιον. Ξένια, δῶρα.

ΞΕ'ΝΙΟΣ, *hospitalis, ad hospites* h
seu *peregrinos pertinens.* 2 Macc. VI. 2. Διὸς ξενίου, *Jovis hospitalis.* Vide de illo Dilherrum Disp. Acad. p. 173. seq. Michaëlis in Supplem. p. 1857. conjicit legendum ξένου. Sed vide ipsum.

ΞΕΝΙΣΜΟ'Σ, *hospitalitas.* אֲרֻחָה, *viaticum.* Prov. XV. 18.

ΞΕΝΙΤΕΙ'Α, *peregrinatio, absentia a patria.* Sap. XVIII. 3.

ΞΕΝΟΛΟΓΕ'Ω, *peregrinos aut ex-*

a *ternos milites colligo, vel cogo, conscribo exercitum mercenarium,* etiam in universum *copias colligo,* aut *colligo.* 1 Macc. XV. 4. ἐξενολόγησα τὸ πλῆθος τῶν δυνάμεων. Vulgatus: *electam feci multitudinem exercitus.* Syrus: ܟܢܫܬ, *collegi.* 1 Macc. XI. 38. dimisit copias πλὴν τῶν ξένων δυνάμεων, ὧν ἐξενολόγησεν ἀπὸ τῶν νήσων τῶν ἐθνῶν. Sic quoque apud Lucian.
b T. II. pag. 741. ed. Reitz. Hesych. ξενολόγος, ξένους στρατιώτας συλλέγων.

ΞΕ'ΝΟΣ, *peregrinus, hospes, novus.* אֹרֵחַ, *viator.* 2 Sam. XII. 4. — גֵּר. Job. XXXI. 32. — הֵלֶךְ, *viator.* Symmach. 2 Sam. XII. 4. ξένος, *peregrinus quidam viator.* — זָר, *alienus.* Symm. Ps. LXXX. 10. — מָגוֹר, nomen proprium, quod pr. *formidinem* notat. Vulg. *pavor.*
c Aquil. sec. edit. secundam Jerem. XX. 3. Vulgat. ubi cum Theodot. et LXX, qui μέτοικος habent, deduxit a גּוּר, quod inter alia quoque *peregrinari* notat. — *מֹרָט, *expilata.* Ies. XVIII. 2. ubi pro ξένον forte legendum est ξεστὸν, vel ξυρὸν pro ξυρόμενον, quæ est propria vocis מרט significatio. — נָכְרִי, *alienus.* Ruth. II. 10. 2 Sam. XV. 19. Ps.
d LXVIII. 11. et alibi. Theodot. Prov. XXIII. 27. Aquil. Theodot. Job. XIX. 15. — נָכְרִיָּה. Aquil. Exod. II. 22. Symm. Prov. II. 16. ξένη. Symm. Theod. Prov. VI. 24. ἀπὸ λειογλώσσου ξένης, a peregrina lævem linguam habente, h. e. meretrice. Sic Terentius Andr. III. 1. 11. *Adeon' es demens ex peregrina.* Nam olim meretrices fere peregri-
e næ erant. Vide Drusium in Fragm. Vet. Int. Græc. p. 1107. — קָרוּא part. Pah. *vocatus.* 1 Sam. IX. 13. οἱ ξένοι, *invitati ad cœnam hospites.* Sap. XIX. 5. ἐκεῖνοι δὲ ξένον εὕρωσι θάνατον, illi autem *novam,* h. e. *inusitatam* et *inauditam,* inveniant mortem. Vide et Sap. XVI. 2. 3. 16. ac confer ξενίζω, et Lex. N. T. s. h. v. 2 Macc. IX. 28. ἐπὶ ξένης, sc. γῆς, in terra *peregrina.* f

ΞΕΝΟΤΡΟΦΕ'Ω, *peregrinos* vel *externos milites alo,* etiam *externos milites conduco.* 2 Macc. X. 14.

ΞΕ'ΣΤΗΣ, *sextarius,* quem LXX κοτύλην vocant. לֹג, *nomen mensuræ liquidorum.* Inc. sec. Coisl. Levit. XIV. 10.

ΞΕΣΤΟ'Σ, *rasus, dolatus, scalptus,* vel etiam *lævis, radendo, scalpendo, dolando expolitus.* גָּזִית, *cæsura.* Al. g
1 Par. XXII. 2. Amos V. 11. ξιστούς. Gloss. MS. in Prophet. Ξιστοὺς, ἐνταῦθα γλυπτοὺς θεούς. In iisdem sequitur: ξεστοὺς, γλυπτοὺς λίθους. Vide et 1 Macc. XIII. 27. Hesych. ξεστὴν, ἐξεσμένην. (Hom. Od. H', v. 174.) παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν. — Λέγει δὲ καὶ συνθέτως εὐξέστησιν, ἐλάτησιν. Lege: εὐξέστῃσιν, ἐλάτῃσιν. Idem: ξεστὸν, γλυπτὸν, λεῖον ποιητόν. Sic enim sine distinctione h
legendum pro λεῖον, ποιητόν. Idem post v. ξενίζουσα· Ξεστὸς, ὡμαλισμένος, ἐξεσμένος.

ΞΗΡΑΙ'ΝΩ, *arefacio,* et Ξηραίνομαι, *arefio, exaresco, evanesco.* בָּאַשׁ, *putresco.* Ies. L. 2. ξηρανθήσονται οἱ ἰχθύες, ubi forte legerunt יָבֵשׁ. — *הֵבִישׁ Hiphil a בּוֹשׁ, *pudefacio.* Joël. I. 11. ἐξηράνθησαν. Deduxerunt a יָבֵשׁ. Confer ad h. l. Pocockium in Comment. p. 47. seq. — i
*הִשְׁמִיד Hiph. a שָׁמַד, *perire facio, perdo.* Amos II. 9. ἐξήρανα. Ita et Itala atque Arabs. Sed vel est mendum antiquum pro ἐξῆρα, quod habent exemplar Complut. et Plantin. coll. v. 8., vel legerunt אַצְמִיק. — *אֶתְעֲקַר. Chald. Ithpeh. ab עֲקַר, *eradicor, avellor.* Dan. VII. 8. sec. cod. Chis. τρία τῶν κεράτων τῶν πρώτων ἐξηράνθησαν δι' αὐτοῦ, ubi Scharfenbergius conjicit legendum ἐξήρθησαν, *sublata sunt,* contra

a quem tamen non male disputavit Segaarius in Anim. ad h. l. p. 32. — חָרַב, exsiccor. Ps. CV. 10. Ies. XIX. 6. — חָתַת וָבוֹשׁ, *frangor et erubesco*. Ies. XXXVII. 27. Forte legerunt יָבֵשׁ. — יָבֵשׁ: יָבַשׁ: הוֹבִישׁ. Kal, Pihel, Hiphil. Job. XII. 16. *ξηρανεῖ τὴν γῆν*, *exsiccabit* terram. Psalm. XXI. 16. *ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου*, *exsiccatum*
b est, tanquam testa, robur meum. Psalm. CI. 12. *ὡσεὶ χόρτος ἐξηράνθην*, tanquam gramen *exarui*. Ps. CI. 5. *ἐξηράνθη ἡ καρδία μου*, exaruit cor meum. Prov. XVII. 23. *ἀνδρὸς δὲ λυπηροῦ ξηραίνεται ὀστᾶ*, hominis autem tristis exarescunt ossa. Thren. IV. 8. *ἐπάγη δέρμα αὐτῶν ἐπὶ τὰ ὀστέα αὐτῶν, ἐξηράνθησαν, ἐγενήθησαν ὥσπερ ξύλον*, consolidata est pellis illorum
c super ossa illorum, exaruerunt, facti sunt tanquam lignum. Confer Marc. IX. 18. — נָסַע, *proficiscor*. Zach. X. 2. *ἐξηράνθησαν ὡς πρόβατα*, evanuerunt ut oves. Sed omnino legendum *ἐξήρθησαν*, *ablati sunt*, ut legitur in ed. Compl. *translati sunt sicut oves*, h. e. quam facile grex ovium ab uno pascuo in aliud traducitur et transfertur, tam facile
d illi a patria sua in Babylonem propter ipsorum peccata translati sunt. נָסַע notat *auferri, loco suo moveri*. Vide supra s. הִשְׁמִיד et אֶתְעַקֵּר. — נָשַׁת, *deficio*. Ies. XLI. 17. *ἡ γλῶσσα αὐτῶν ἀπὸ τῆς δίψης ἐξηράνθη*. Bene quoad sensum. — נִתַּן Niph. *reddor, ponor*. Ies. LI. 12. *οἱ ὡσεὶ χόρτος ἐξηράνθησαν*. Bene quoad sensum. — שָׁאַף, *haurio*. Ies. XLII.
e 14. ubi loco *ξηρανῶ* legendum *ξηρανθῶ*. Bene autem *ξηραίνεσθαι* mulieri parturienti tribui potest, quemadmodum etiam שָׁאַף h. l. notat: *anhelantem spiritum trahere*.—שָׁעָה, *diripio*. Hos. XIII. 15. Præterea quoque legitur Job. IV. 21. *ἐνεφύσησε γὰρ αὐτοῖς καὶ ἐξηράνθησαν*, ubi in textu Hebr. legitur הֲלֹא־נִסַּע יִתְרָם בָּם, *nonne profecta s. translata est dignitas eorum in eis*, ac li- f
berius vertentes usi sunt imagine desumta sine dubio ex Ies. XL. 24. *ἔπνευσεν ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἐξηράνθησαν*. Fuerunt tamen, qui statuerent, eos legisse וְחָרָם, quia חָרָה et חָרַר *ardere, æstuare* et *siccari* notat.

ΞΗΡΑΣΙ'Α, *ariditas, siccitas, vel ipsa siccandi et arefaciendi actio*. חֹרֶב, *siccitas*. Jud. VI. 37. — יָבֵשׁ, *siccus*. Nahum. I. 10. — g
יְבוֹשׁ infin. *siccando*. Ezech. XVII. 10. — יַבָּשָׁה. Nehem. IX. 11. — בְּלָאוּ שָׁמַיִם, *clauserunt se cœli*, ne sc. pluviam aut rorem demitterent, unde siccitas oritur. Οἱ λοιποὶ sec. cod. Barber. Hagg. I. 10. Sed fortasse *ξηρασία* etiam ad חֹרֶב ver. 11. referendum est.

ΞΗΡΟ'Σ, *aridus, siccus*. חָצִיר, *fœnum*. Ies. XXXVII. 27. — יָבֵשׁ. h
Ies. LVI. 3. Ezech. XVII. 24. XXXVII. 2. 4. — צָמֵק part. *flaccescens*. Hos. IX. 17. Sap. XIX. 7. Sir. VI. 4.

ΞΗΡΑ', *arida*, simpliciter sæpe subintellecto *γῆ, terra*, dicitur. חָרָבָה. Gen. VII. 22. Ex. XIV. 21. Jos. III. 17. et alibi. — יַבָּשָׁה et יַבֶּשֶׁת. Gen. I. 9. 10. Jon. I. 9. *ἐποίησε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν*, i
fecit mare et *terram*. Vide et Ps. LXV. 5. XCIV. 5. — יַבֶּשְׁתָּא Chald. Dan. II. 10. Conf. Lex. N. T. s. h. v.

ΞΗΡΟ'Ν, *aridum*, simpliciter subintellecto *εἶδος*, *solum* vel *terra* dicitur. יַבָּשָׁה et יַבֶּשֶׁת. Exod. IV. 9. *ἐκχεεῖς ἐπὶ τὸ ξηρόν*, effundes in *solum*, vel in *terram*. Sic Aristoteles de Mirab. p. 878. de piscibus quibusdam in India: *ἐν τῷ ξηρῷ*

a ἐλαύνεται, καὶ πάλιν ἀποτρέχει εἰς ποταμόν. Quod hic ξηρὸν vocat Aristoteles, γῆν dicit Theophrastus apud Athenæum Lib. VIII. c. 2. ubi de iisdem piscibus sermo est. Exod. XIV. 16. 22. κατὰ τὸ ξηρὸν, in *solo*. Additur πέδον in illo versu apud Athenæum Lib. III. c. 23. χυτραὶ δ' ὁμοῦ καρῖδες ἐν ξηρῷ πέδῳ. Confer Hor. Vitringæ Anim. ad Vorstium
b p. 213.

ΞΗΡΟ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *aridus fio*. יָבֵשׁ, *aresco*. Jos. IX. 5. Ezech. XXXVII. 11. — Vide quoque supra s. v. ἀγρωστις.

*ΞΗΡΟ'ΤΗΣ, *ariditas, siccitas*. Hinc ξηρότης καύσωνος, proprie *siccitas æstus*, notat *loca a sole exusta* apud Symmachum Ps. LXVII. 7. ubi Hebr. צְחִיחָה, h. e. *loca arida*
c *et siticulosa*, respondet.

*ΞΙΦΗΦΟ'ΡΟΣ, *gladium gestans, ense armatus, ensifer*. 4 Macc. XVI. 20. Suidas: ξιφηφορία, τὸ φέρειν τὰ ξίφη. καὶ ξιφηφόρος. Zonaras Lex. col. 1417. ξιφήρης καὶ ξιφηφόρος, ὁ κατέχων ξίφος. Photius Lex. col. 226. ξιφήρεις, ξίφος ἔχων. — ξιφηφόρος, ξιφήρης. Etym. M. 140. 24.

ΞΙ'ΦΟΣ, *gladius*. חֶרֶב, *gladius*.
d Jos. X. 28. XI. 11. 12. 14. Ezech. XVI. 39. — *חָרְבָּה, *vastitas*. Job. III. 14. Legerunt חֲרָבוֹת, a חֶרֶב, *gladius*. Conf. ibid. XXXIX. 23. et cum textu Hebr. vers. Alex.

ΞΥΛΑ'ΡΙΟΝ, *lignum parvum*. עֵץ, *lignum*. 1 Reg. XVII. 12.

ΞΥ'ΛΙΝΟΣ, *ligneus*. אָע : אָעָא Chald. Esdr. VI. 4. Dan. V. 4. 25. — עֵץ, *lignum*. Lev. XI. 32. XV.
e 12. Num. XXXI. 20. — מֵעֵץ, *ex ligno*. Symm. Hab. II. 11. — Sir. XXII. 19. ἱμάντωσις ξυλίνη. Syrus: *sicut vestis e lino s. lana*. Ξύλινον enim et *ligneum* significat, et *lineum* vel *laneum*, puta *gossypinum*. Ξύλον enim est *gossypium* sive *bombax* aut *bombasum*. 1 Macc. X. 30. τοῦ καρποῦ τοῦ ξυλίνου, h. e. *fructuum arborum*. Hesych. ξύλινον καρπὸν, τῶν δένδρων. 1 Macc. XIV. 8. τὰ ξύλινα, f
arbores. — Vide quoque infra s. v. χειροποίητος.

ΞΥΛΟΚΟ'ΠΟΣ, *lignorum cæsor, lignator*. חֹטֵב עֵץ, *cædens lignum*. Deut. XXIX. 11. Jos. IX. 23. 27. — חֹטֵב עֵצִים, *cædens ligna*. Al. Jos. IX. 21. ξυλοκόποι.

ΞΥ'ΛΟΝ, *lignum, arbor*, it. *cippus, nervus*, s. *lignum in carcere, quo captivorum pedes constringebantur*. אָע Chald. Esdr. V. 8. — אֶרֶז, g
cedrus. 1 Reg. V. 6. — אֶרֶץ, *terra*. 2 Par. VII. 13. Sermo ibi est de locustis terram, spec. arbores vastantibus. — *בַּעַל, *dominus, maritus*. Prov. XII. 4. Verba ἐν ξύλῳ Montfauconius male retulit ad בַּעְלָהּ, *mariti sui*, cum potius pertineant ad בְּעַצְמֹתָיו, *in ossibus ejus*, ubi mihi non legisse videntur h
בַּעֲצִים, sed vocem Hebr. deduxerunt ab עָצוּם, *validus, firmus*, ut per ξύλον intellexerint *murum ligneum munitionis causa exstructum*, unde Schol. ed. Rom. habet: ἐν ὀχυρώματι. — בְּרוֹשׁ, *abies, cupressus*. Ies. XIV. 8. — גַּן, *hortus*. Jer. XXXI. 12. Posuerunt partem pro toto, aut speciem pro genere. — זָנָב, *cauda*. Ies. VII. 4. i
ubi *cauda extremum titionum* notat. — סַד, *cippus*. Job. XXXIII. 11. Ἔθετο δὲ ἐν ξύλῳ μου τὸν πόδα. Latinus vertit: *posuit in nervo pedes meos*. Syris ܣܡܐ est *nervus*, ut pro ξύλον ponitur Act. XVI. 24. Sic et Athenienses lignum in carcere, quo captivorum pedes constringebantur, ξύλον vocabant. Vide Grotium et Elsnerum ad Act. XVI. 24. Idem *lignum* antea ποδοκάκη dicebatur. Lysias Orat. IX. pag. 128. ἡ ποδοκάκη αὕτη ἐστὶν, ὦ Θεόμνησ-

a τι, ὃ νῦν καλεῖ ἐν τῷ ξύλῳ δεδέσθαι. Conf. et vocem ποδοκάκη infra. Dicitur Græcis V. T. Intt. etiam καταράκτη, κώλυμα, ξυλοπέδη, στρεβλωτήριον. Vide has voces alibi s. l. Plauto (Pœn. III. 6. 28.) *lignea custodia* vocatur. — *עָלַץ, *exulto*. 1 Paral. XVI. 32. ξύλον ἀγροῦ sec. Vat. quasi in textu legissent עֵץ. Videtur tamen ξύλον e sequenti
b commate huc irrepsisse, ubi τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ commemorantur. Magis ad textum Hebr. habet ed. Compl. ἀγαλλιάσθω ὁ ἀγρός. — עֵץ, *lignum, arbor*, etiam *crux, patibulum*, ut Esth. V. 14. Gen. I. 29. πᾶν ξύλον, ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ καρπὸν, omnes *arbores* frugiferæ. Genes. II. 9. ξύλον τῆς ζωῆς, *arborem* vitæ. Cohel. II. 5. ἐφύτευσα ἐν αὐτοῖς ξύλον πᾶν καρποῦ,
c plantavi in illis (hortis) *arbores* omnis generis fructiferas. Sic apud Græcos scriptores ξύλον sæpius pro *arbore* sumitur. Vide Lex. N. T. s. h. v. Eodem sensu *lignum* usurpatur Horatio Lib. II. Od. 13. v. 11. *agro qui statuit meo te triste lignum, te caducum in domini caput immerentis*. 2 Sam. XXIII. 7. ubi pro ξύλον repone ξύλων, ut habet ed.
d Complut. ac series orationis postulat. Jer. XI. 19. ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, ubi ξύλον est *lignum toxicum*. Chald. bene habet סַמָּא דְמוֹתָא, *aroma mortiferum, venenum*. Arab. عطا et عطى inter alia notat *nocuit*, maxime *veneno*. — עֵצָה fœmin. Jer. VI. 6. — עֶצֶם, *os* Prov. XII. 4. Vide supra s. v. בַּעַל. — צֵלָע, *trabs*. 1 Reg. VI. 15.
e — *צַעֲצֻעִים, *pueri*. 2 Par. III. 10. ἐκ ξύλου. Vulg. *opere statuario*. Ita verterunt e conjectura, et, transposito literarum ordine, ad עֵץ referentes, ut עֲצָצִים vel potius מֵעֵצִים legendum censerent. Mercerus ad Pagnini Lex. h. v. conjectat, eos שְׂמוּם legisse, vel intellexisse. — רֹתֶם, *juniperus*. Job. XXX. 5. ῥίζαν ξύλων, radicem arborum. Perperam hic *radices gos-* f
sypii intellegit Is. Vossius de LXX Intt. p. 63. De *trunco* seu potius *idolo ex trunco* s. *ligno cæso* legitur Sap. XIV. 1. De *navigio* usurpatum reperitur Sap. XIV. 7. coll. v. 5. quo sensu etiam de *arca Noæ* dicitur Sap. X. 4. De *Deo ligneo* s. *tutelari numine in navibus posito*, quod παράσημον dicitur, legitur Sap. XIV. 1. coll. Jon. I. 5. g

*ΞΥ'ΛΟΝ 'ΑΓΡΙΟΝ. רֹתֶם, *juniperus*. Symm. Job. XXX. 4. Versio hæc ex ignorantia mihi orta esse videtur. Quia nempe veram significationem vocis רֹתֶם (de qua est etiam inter recentiores interpretes magnus dissensus) ignorabat Symmachus, genus posuit *arbores agrestes*, aut *arbusta agrestia*. h

*ΞΥ'ΛΟΝ 'ΑΚΑΡΠΟΝ. עַרְעָר, *juniperus*. Symmachus Jer. XVII. 6. Respexit etymologiam: nam radici עָרַר notionem *sterilitatis* tribuunt, sicut עוּר et עָרָה notat *nudus fuit*.

*ΞΥ'ΛΟΝ ΕΙ'ΡΚΤΗ͂Σ, *lignum carceris*. סַד, *cippus, pedica, nervus*. Symm. Job. XIII. 27. Potest quidem *pedica, nervus* commode ξύλον εἱρκτῆς dici, et hac ratione certe i
nihil haberet hæc versio, quod emendatione egere videretur. Nihilo minus tamen, quia Symmachum linguam Græcam bene callentem nullo modo latere potuit, *instrumentum detentionis*, quod Hebraice סַד, ac Græce ποδοκάκη dicitur, etiam simpliciter ξύλον vocari (vide supra s. ξύλον), ac, si lectio impressa retineretur, vox antecedens וְתָשֵׂם a Symmacho omissa esset, pro εἱρκτῆς reponere mallem εἷρξεις, ab εἵργω, *coërceo: sub lingo*

a *seu compede coërcebis pedem meum.* שׂוּם enim in hac orationis serie est i. q. כָּלָא.

ΞΥ'ΛΑ ΚΕΙ'ΜΕΝΑ, *ligna jacentia.* מְדוּרָה, *pyra, rogus.* Ies. XXX. 33.

'ΑΠΟ' ΤΟΥ͂ ΞΥ'ΛΟΥ, *a ligno,* h. e. *a cruce.* Ps. XLV. 10. Justin. M. Dial. c. Tryph. Jud. p. 298. affirmat, in Græca versione sui
b temporis fuisse hæc verba addita post ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, sed postea ab Hebræis abrasa esse et sublata. Antiquitus in quibusdam Græcis libris lecta esse hæc verba, inde perspicitur, quod non solum in antiqua Itala et apud Augustinum in Enarrat. h. Ps. p. 714. idem additamentum locum habet, sed et Tertullianus confirmat Adv. Marc. Lib. III. c. 19. Hos quoque secutus
c est Genebrardus, qui statuit, hæc verba addita esse a LXX prophetice, et Agellius, qui putat, pro אַף, *etiam,* quod hodie in Hebræo est, olim in aliquibus Hebr. libris fuisse עֵץ. Sed equidem nullus dubito, quin verba hæc, quæ in nullo codice Græco et Latino reperiuntur, adulterina sint, et Christiana devotione addita. Conf. Sam. Petiti Var. Lect. Lib. IV. c. 9. — Vide quoque supra ἀκάνθινος et
d ἄσηπτος.

ΞΥΛΟΠΕ'ΔΗ, *lignum in carcere, quo captivorum pedes constringebantur.* סַד, *cippus.* Aqu. Job. XIII. 27.

ΞΥΛΟΦΟΡΙ'Α, *lignorum portatio vel deportatio.* עֵץ, *lignum.* Nehem. X. 34. Ita Bielius ac Trommius. Sed ibi ξυλοφορία potius respondet Hebr. קָרְבַּן הָעֵצִים, *oblatio lignorum.*

e ΞΥΛΟΦΟ'ΡΟΣ, *lignum portans, lignifer, calo.* עֵץ, *lignum.* Nehem. XIII. 30. Ita Bielius. Sed hic quoque mihi τῶν ξυλοφόρων potius ad לְקָרְבַּן הָעֵצִים, *oblationi lignorum,* referendum esse videtur, ita tamen, ut loco δένδρον in antecedentibus ἔργον reponatur. — חֹטֵב עֵץ, *cædens* f
lignum. Jos. IX. 21. 27. Lectio ξυλοφόρος, quam solus cod. Oxon. habet, mihi suspecta est. Fortasse legendum ξυλοκόπος, ut reliqui libri exhibent, aut ξυλοτόμος. Sequens ὑδροφόροι fortasse huic errori ansam dedit. Statui tamen quoque potest, duas actiones, quæ se invicem fere excipiunt, h. l. conjunctas esse. Idem valet de versione Inc. qui Deut. XXIX. 11. חֹטֵב עֵצִים per ξυλοφόρος expressit. g

ΞΥΛΟ'Ω, *ligno tego, contigno.* חָפָה, *tego, obtego.* 2 Par. III. 5. τὸν οἶκον ἐξύλωσε ξύλοις κεδρίνοις, domum texit vel contignavit lignis aut tabulis cedrinis. — סָפַן, *contabulo, tego, obtego.* Jerem. XXII. 14. — עֵץ, *lignum.* Ezech. XLI. 16. Ita Bielius Trommium secutus. Sed ibi quoque pro ἐξυλωμένα in textu Hebr. legitur שְׂחִיף עֵץ, *opertum ligno.*

ΞΥΝΩΡΙ'Σ, Attice pro συνωρίς, *bigæ, par equorum aut mulorum currum trahentium,* a συνείρω, *connecto.* h
צֶמֶד פָּרָשִׁים, *par equitum.* Ies. XXI. 9. Suidas: ξυνωρίς· τὸ μὴ πλῆρες ἅρμα, ἀλλ' ἐκ δύο ἵππων συνεστὸς, ὃ νῦν δίφρον καλοῦσι. Hesych. ξυνωρίς, συζυγία. ἢ ἅρμα ἐκ δύο ἵππων συνεζευγμένον. Lex. Cyrilli MS. Brem. ξυνωρὶς, ἅρμα ἐκ δύο ἵππων συνεζευγμένον. Philoxenus: *Biga,* ξυνωρίς. Cf. Spanhem. in Callimach. p. 534. et Schefferum de Re Vehicul. Lib. I. c. 2. p. 11. seq. et Lib. II. c. 11. p. 144. i

ΞΥΡΑ'Ω et ξυρέω, *rado, tondeo.* גִּלַּח Pih. idem. Gen. XLI. 14. ἐξύρησαν αὐτὸν, *tondebant* illum. Vide et Jud. XVI. 20. Ies. VII. 20. Lev. XIV. 8. ξυρήσεται αὐτοῦ πᾶσαν τὴν τρίχα, *radet* omnes pilos suos. Lev. XIV. 9. πᾶσαν τὴν τρίχα (pro κατὰ

a π. τ. τρ.) αὐτοῦ ξυρηθήσεται, omnibus pilis suis *radetur*. Num. VI. 9. et 19. Ezech. XLIV. 20. et conf. Act. XXI. 24. Jud. XVI. 22. ἐὰν ξυρήσωμαι, sc. κατὰ τὴν κεφαλὴν, si *radar* capite meo. — גָּרַע, *succido*. Jer. XLVIII. 37. — קָרַח, *glabro me*. Lev. XXI. 5. Jer. XLVIII. 37. Adde Inc. Ez. XXVII. 31. Adde Ep. Jer. v. 28.

b ΞΥ'ΡΗΣΙΣ, *rasura, tonsura*. קָרְחָה, *calvitium*. Ies. XXII. 12. Inc. et LXX sec. libros quosdam Mich. I. 16.

ΞΥΡΟ'Ν et ΞΥΡΟ'Σ, *novacula, culter tonsorius*. מוֹרָה, idem. Jud. XIII. 5. sec. Hex. Jud. XVI. 18. — תַּעַר. Num. VI. 5. Psalm. LI. 2. Jerem. XXXVI. 23. et alibi. Adjective ξυρὸς est *acutus, ad raden-*
c *dum et scalpendum aptus*.

*ΞΥΣΤΗ'Σ, i. q. ξυστὴρ, *rasor, sculptor*. חֹצֵב, *cæsor*. 2 Reg. XII. 12. sec. ed. Compl.

ΞΥΣΤΟ'Σ, *rasus, rasilis, politus,* e
tersus. גָּזִית, *cæsura*. 1 Par. XXII. 2. Amos V. 11. In utroque loco libri nonnulli pro ξυστοὺς habent ξεστούς. 3 Esdr. VI. 9. ubi respondet Chald. גְּלָל, *politura*. Esdr. V. 8. ut etiam 3 Esdr. VI. 25. coll. Esdr. VI. 4. Sir. XXII. 18.

ΞΥΣΤΡΩΤΟ'Σ, *complanatus*. פְּקָעִים, *colocynthides*. Aqu. Theod. 1 Reg. f
VI. 18. ξυστρωτὰ, *complanata, rasa*. Num a בָּקַע derivarunt? quod olim *complanandi* notionem habuisse ex בִּקְעָה, *vallis*, apparere puto? Nam ξύστρον idem cum λίστρον, *plana ferrea*, unde ξυστρόω s. λιστρόω, *pavio, complano, rado*, et ἀποξυστρόω, *hebeto aciem auferendo, ne radere possit*. Vide Drusium in Fragm. Vett. Intt. GG. p. 261. g

ΞΥ'Ω, *rado, scalpo*, sive: *radendo aut scalpendo polio*. Vide supra s. v. ἰχώρ.

O

'O, οἱ, *articulus præpositivus* in singulari et plurali. Cum nominativis vocativi partem agit. Nehem. I. 5. Psalm. XLIV. 8. 9. Confer Apoc. XV. 3. 2 Reg. XX. 18. ὃ εἶπε κύριος, ubi ὃ vitiosum et sine
d dubio ex σοὶ ortum esse videtur. Certe ita legit Arabs. — Pro בֵּן, *filius*, legitur Joël. I. 1. ubi tamen pro τὸν scribendum videtur υἱόν. Psalm. XXXIV. 8. pro ὃ μὴ οἶδεν in fragmentis Symmachi reponendum erit sine dubio ἣν μὴ ο., ut illud ἣν ad παγίδα in antecedentibus referatur. Certe ita legitur in Catena PP. GG. T. I. p. 625. — *זֶה. Ps. LXVII. 9. ubi tamen pro τοῦ σινᾶ legere mallem τοῦτο σινὰ, *iste Sinai*. Istam enim lectionem habet cod. Vat. ac testatur Scholiastes, alios libros habuisse τοῦτο. Sed ὁ quoque haud raro pro οὗτος ponitur. Thren. I. 12. οἱ πρὸς ὑμᾶς. Legendum οὐ πρὸς ὑμᾶς, nam respondet ibi Hebr. h
לוֹא, pro quo לֹא legerunt. Legi quoque potest οἱ π. ὑ., *hei vos omnes*, ut sit vox dolentis. Joël. II. 5. ubi οἱ ante ἱππεῖς mendose ponitur pro ὡς, ut coll. Vatic. habet et Arabs. Hos. IV. 15. ὁ λαὸς ο συνιών. Lectionem hanc, modo non ὁ, sed ὃ scribatur, contra alios, qui vel legunt ὁ μὴ συνιὼν, vel οὐ συνιὼν, vel οὐ μὴ συνιὼν, defendit Mich. Rossal in

a Epist. Critica ad Petr. de Toullieu adjecta Dissertationi ad locum insignem Valerii Maximi p. 12. seq. 'Ο enim sæpius pro diphthongo οὐ positum est, ut observant Montfauc. Palæogr. p. 131. et Heumannus in Explicatione N. T. T. VIII. p. 243. qui hac de causa conjecturam Scaligeri, qui Phil. II. 30. pro παραβουλευσάμενος auctoritate codicis Bibl.
b Puteanæ legendum existimat παραβολευσάμενος, inverso, ut aiunt, rejicit pollice. Confer eundem ibid T. XI. p. 775. seq. ad 2 Cor. III. 17. Richard. Chandler. in Inscriptt. Antiquis in Asia Minore et Græcia, præsertim Athenis Collectis (Oxon. 1774.) inscriptionem commemorat post tempora Euclidis factam, e qua evincit, quod Athenienses tunc non-
c dum diphthongum ου receperint, sed ejus loco semper ο scripserint. Dubio itaque caret, in cod. Romano apud Hoseam l. l. literis majoribus, et sine omni prorsus accentu vel spiritu, ut Grammatici vocant, scriptum esse ὁ λαὸς ο συνιών. Idem valet quoque de loco Hos. XIII. 13. ubi adeo non opus est, ut pro ὁ φρόνιμος cum Montfauconio legatur οὐ φρόνι-
d μος. His quoque fortasse addendus erit locus Ies. IX. 3. ubi pro ὃ κατήγαγες I. D. Michaëlis Bibl. Or. T. XIV. p. 133. legere mavult οὐ κ. 1 Macc. VII. 19. male nunc legitur οἱ Ἀσιδαῖοι pro οἵτινες Ἀσιδαῖοι, etc. Interdum ponitur pro pronomine personali, v. c. Sap. V. 4. ubi οἱ ἄφρονες vertendum est *nos stulti*, ut omnis loci nexus clarissime docet. Vulg.
e *nos insensati.* Τὰ μὲν, τὰ δὲ, *nunc, nunc*, sive: *hic, illic.* Sap. XVII. 15.

'ΟΒΕΛΙ'ΣΚΟΣ, *veru, veruculum, cuspis.* Ita etiam a figura vocatur *lapis quadratus ingens, pyramide tamen minor*, etiam *obeliscus* vulgo dictus, et quidem ideo, quod in acumen desinat. חַדּוּדִים plur. *acumina.* Job. XLI. 22. Inc. Jerem. LII. 19. Adde 4 Macc. XI. 19.

'ΟΒΟΛΟ'Σ, *obolus, nummus minu-* f *tus, sexta pars drachmæ.* אֲגוֹרָה, *nummulus, obolus.* 1 Sam. II. 36.— גֵּרָה, *obolus.* Exod. XXX. 13. Num. III. 47. Ezech. XLV. 12. Hesych. ὀβολὸς, νομίσμα καὶ τόκοι, καὶ εἴδη νομισμάτων, καὶ ἐν ἄστει δικαστικοὶ μισθοί.

'ΟΓΔΟΗ'ΚΟΝΤΑ, *octoginta.* שְׁמֹנִים plur. Genes. V. 25. Exod. VII. 7. Num. II. 9. et alibi sæpius.

'ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΕ'Ξ, *octaginta sex.* g שְׁמֹנִים וָשֵׁשׁ. Gen. XVI. 16.

***'ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΟΚΤΩ'**, *octoginta octo.* Tob. XIV. 2. sec. cod. Alex.

'ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΠΕ'ΝΤΕ, *octoginta quinque.* שְׁמֹנִים וַחֲמִשָּׁה. 2 Reg. XIX. 35. Ies. XXXVII. 36.

***'ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΤΡΕΙ'Σ**, *octaginta tres.* שָׁלֹשׁ וּשְׁמֹנִים. Exod. VII. 7.

'ΟΓΔΟΗΚΟΣΤΟ'Σ, *octogesimus.* h אַרְבַּע מֵאוֹת, *quadringenti.* Al. 1 Reg. VI. 1. ὀγδοηκοστῷ. Adde 2 Macc. I. 10.

"ΟΓΔΟΟΣ, *octavus* שְׁמֹנָה : שְׁמֹנַת. Gen. XXI. 4. 1 Par. XXIX. 17. et alibi. — שְׁמִינִי. Exod. XXII. 30. Lev. IX. 1. et alibi. — שְׁמִינִית, *instrumentum musicum octachordum, cithara octo nervis intenta.* Aqu. et LXX Ps. VI. 1. ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, sc. i χορδῆς, *ad octachordum.* Ps. IX. 1. Suidas: ὀγδόη· ἡ μέλλουσα κατάστασις. Sumta sunt hæc ex Theodoreto ad Ps. VI. 1. Vid. Fischeri Clavis p. 68. Adde 1 Par. XV. 21. sec. Compl.

'ΟΔΕΥ'Ω, *in via ambulo, iter facio.* דֶּרֶךְ, *via.* Symm. Job. XXIX. 25. ubi pro Hebr. *eligere viam* legitur προαιρεῖσθαι ὁδεύειν. Vulg. *si voluissem ire ad eos.* — הָלַךְ. Symm. Ps. k LXXXV. 11. Inc. sec. cod. Norimb. Jerem. IX. 13. Tob. VI. 5. ὥδευον ἀμφότεροι, iter faciebant ambo. — יָלַךְ, *eo.* 1 Reg. VI. 12. ἐὰν ὁδεύῃς τοῖς προστάγμασί μου, si ex legibus meis

a vixeris. Hesych. ὁδεύει, περιπατεῖ, ἀπέρχεται.

c seu *concesserat.* Hesychius: περιποιεῖται, προξενεῖ, ζωοποιεῖ. Adde 1 Maccab. VI. 44. et 2 Maccab. XV. 21.

ΠΕΡΙΠΟΙΗΣΙΣ, *acquisitio, conservatio, possessio.* מִחְיָה, *vitalitas.* 2 Par. XIV. 13. et cadebant Aethiopes, ὥστε μὴ εἶναι ἐν αὐτοῖς περιποίησιν, ita ut non esset in illis *conservatio,* h. e. ut nemo inter illos servaretur,

d vel in vita maneret. Similia exempla metonymiae actionis pro objecto ejus habet Glassius Philol. S. Lib. V. Tr. I. c. 4. p. 1496. Περιποίησις autem pro *conservatione* pariter Hebr. X. 39. usurpatur. — סְגֻלָּה, *peculium.* Mal. III. 17. ἔσονταί μοι εἰς περιποίησιν, erunt mihi in *possessionem.* Ita quoque Reliqui. Conf. 1 Petr. II. 9. 1 Thess. V. 9. Suidas:

e περιποίησιν, κτῆσιν. Praeterea legitur Hagg. II. 10. ubi nihil ei respondet in textu Hebr. et εἰρήνη εἰς περιποίησιν ψυχῆς esse videtur otium animi *proprium.*

*ΠΕΡΙΠΟΙΚΙΛΛΩ, *circumvariego.* Legitur haec vox, cui nihil respondet in textu Hebraico, Ps. XLIV. 10. secundum Eusebium H. E. V. 1. p. 130. C. Vide infra s. v. ποικίλλω.

ΠΕΡΙΠΟΛΙΑ, *suburbana, suburbium, pagi,* a περιπόλιος, *urbem circumjacens, circa urbem situs.* מִגְרָשׁ, f *suburbium.* 1 Paral. VI. 56. 57. 58. Vide et 1 Macc. XI. 4. 61.

ΠΕΡΙΠΟΡΕΥΟΜΑΙ, *circumeo, circumambulo.* עָבַר, *transeo.* Inc. Jos. XV. 3. περιπορεύεται.

ΠΕΡΙΠΟΡΦΥΡΟΝ, sc. ἔνδυμα, *vestis in circuitu purpurea, clavata,* seu *clavis purpureis ornata, ex purpureis fimbriis facta* vel *praetexta.* g מַחֲלָצוֹת plur. *mutatoriae vestes,* Ies. III. 20. Adde Esther. IX. 15. sec. Vet. Arund.

*ΠΕΡΙΠΤΑΜΑΙ, *undique volito.* 4 Macc. XIV. 17. περιπτάμενα. Addenda est haec vox Lexicis.

ΠΕΡΙΠΤΕΡΑ, proprie *alae* aut *pinnae,* secundum nonnullos etiam *scintillae, stricturae.* רֶשֶׁף. Cant. h VIII. 6. περίπτερα αὐτῆς περίπτερα πυρὸς, *scintillae* ejus *scintillae* igneae. Suidas et Hesychius: περίπτερα, οἱ ἀποσπινθηρισμοί. Ita reddiderunt, quia Quinta editio σπινθῆρας habet. Alioqui non occurrit exemplum hujus significationis. Forsan LXX intellexerunt *sagittas pennatas.*

ΠΕΡΙΠΤΕΡΟΣ, *circum alatus, pinnatus, circumquaque habens prominentias.* חֹרֶף, *hyems.* Amos III. i 15. συντρίψω τὸν οἶκον τὸν περίπτερον, confringam domum *circumquaque prominentias* seu *pinnas* habentem, seu potius *undique tectam,* ubi hyeme agebant Orientales, et praesertim reges. Vide Jerem. XXXVI. (Vat. XLIII.) 22. P. Zornius in Mus. Brem. Vol. II. P. 3. N. 2. p. 401. explicat de domibus, quae per fistulas tubis simillimas refrigerium aestatis tempore accipiunt, salubri temperamento huc illuc digestum. k Gloss. MS. in Proph. περίπτερον (MS. vitiose πίρπτερον), ἑκατέρωσε ἐξέχοντα. σημαίνει δὲ καὶ ταχύ. Suidas: περίπτε-

a ρον, πανταχόθεν ἐξέχον. Hesych. περίπτερον, ὑψηλὸν, πανταχόθεν ἐξέχον, ἢ στέγην ἔχουσαν ἐξοχήν. Hieronymus ad Amos l. c.: *Pro domo hyemali* τὸν οἶκον τὸν περίπτερον *LXX transtulerunt, quod nos interpretati sumus pinnatam, eo quod ostiola habeat per fenestras, et quasi pinnas, ad magnitudinem frigoris depellendam.*

ΠΕΡΙ'ΠΤΩΜΑ, *quod accidit, casus fortuitus, calamitas.* b מִקְרֶה, *eventus, casus.* Ruth. II. 3. — נִקְרָא infin. Niph. (א pro ה), *incidendo.* 2 Sam. I. 6. Conf. περιπίπτω.

ΠΕΡΙΡ'ΡΑΙ'ΝΩ, *circumaspergo, aspergo.* הִזָּה Hiph. a נָזָה, *spargo.* Lev. XIV. 7. 51. Numer. VIII. 8. XIX. 18. et alibi. Hesych. περιῤῥαίνεσθαι, περιαντίζεσθαι (Salmasius et Junius corrigunt περιῤῥαντίζεσθαι, malim c περιῤῥαντίζεσθαι ex Phavorino), ῥαντίζεσθαι.

ΠΕΡΙΡ'ΡΑΝΤΙ'ΖΩ, idem. זָרַק, *spargo.* Num. XIX. 13. 20. — הִזָּה Hiph. a נָזָה, *spargo.* Inc. Numer. XIX. 18. 19. — חִטֵּא Pih. *expio.* Ez. XLIII. 20. Al. 2 Par. XXIX. 24. περιεῤῥάντισαν.

ΠΕΡΙΡ'ΡΑΝΤΙΣΜΟ'Σ, *aspersio.* נִדָּה, *aspersio.* Symm. Zach. XIII. d 1.

*ΠΕΡΙΡ'ΡΕ'Ω, *undique fluo, circumfluo.* 4 Macc. IX. 20. Etymol. Gudianum 145. 6. τὸ δὲ περιῤῥεῖν πανταχόθεν καὶ κύκλῳ περιῤῥέειν.

ΠΕΡΙΡ'ΡΗ'ΓΝΥΜΙ, *circumfringo, disrumpo.* 2 Maccab. IV. 38. τοὺς χιτῶνας περιῤῥήξας, tunicas *disrumpens.* Sic Act. XVI. 22. περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια, *disrumpentes* vestimenta eorum. Sic passim etiam e apud profanos. Vide loca Plutarchi et Athenæi observata Berglero Not. ad Alciphr. Ep. p. 130. seq. Esth. IV. 1. LXX διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ubi Josephus περιῤῥηξάμενος τὴν ἐσθῆτα.

ΠΕΡΙΣΙΑΛΟ'Ω, *circumcirca variego.* מִשְׁבְּצָה, *ocellatio.* Exod. XXXIX. 5. περισεσιαλωμένους χρυσίῳ λίθους, lapides auro inclusos. MS. f Oxon. περιβεβλημένους habet.

ΠΕΡΙΣΚΕΛΗ'Σ, *crura ambiens seu circumdans.* Hinc:

ΠΕΡΙΣΚΕΛΕ'Σ, sc. ἔνδυμα, *vestis crura ambiens, tibialia, feminalia, s. femoralia.* מִכְנָסַיִם dual. Exod. XXVIII. 38. XXXIX. 28. Levit. VI. 10. XVI. 4. Hesych. περισκελὲς, σκληρὸν δυσχερὲς, ἢ μέχρι τῶν ποδῶν. Gloss. in Octat. περισκίλη (scrib. περισκελῆ), φημινάλια. Lex. Cyrilli MS. g Brem. περισκελῆ, φημινάλια. (MS. φιμινάλια.) ποδῶν ἐνδύματα. Suidas: περισκελῆ, βρακία, φημινάλια. De periscelidum usu apud vett. vide Schrœderum de Vestitu Mulierum Hebr. p. 14. seq. Adde Sir. XLV. 9. ubi Baduello legendum videtur περισκελίδα, non περισκελῆ.

ΠΕΡΙΣΚΕ'ΛΙΟΝ, idem. מִכְנָסַיִם h dual. Al. Levit. XVI. 4. Hesych. περισκίλια, βρακκία, φημινάλια.

*ΠΕΡΙΣΚΕΠΑ'ΖΩ, *protego, defendo.* 1 Reg. VI. 19. sec. Complut. κέδρῳ περισκέπασαι τὸν οἶκον ἔσωθεν, ubi nihil pro eo in textu Hebr. legitur, ac περισκεπάζειν *obtegere* notat. Suidas: περιΐστασο, ἀντιλάβου, περισκέπασον. Vide quoque Phavorinum.

*ΠΕΡΙΣΚΕ'ΠΩ, *probe tego.* Jon. i IV. 7. sec. Compl. περισκέπειν αὐτὸν ἀπὸ κ. τ. λ. ubi alii libri σκιάζειν habent, et nihil pro hac voce legitur in textu Hebraico.

ΠΕΡΙΣΚΟΠΕ'Ω, *circumspicio, speculor.* צָפָה. Inc. Psalm. XXXVI. 34. περισκοπεῖ. Sumitur h. l. malo sensu pro *insidiose aliquem observare, insidias struere,* cum proprie notet *speculatorem agere.* Adde k Aristoph. Eccles. v. 485. Plato Theætet. I. 155. E.

*ΠΕΡΙΣΚΥΘΙ'ΖΩ, *Scythico more crines cum cute a capite reseco.* 2 Macc. VII. 4. sec. cod. Vat. Suidas: περισκυθίσαντες, σπαράξαντες: ubi forte legendum χαράξαντες, judice Toupio

a ad h. l. Adde Phalar. Ep. 147. p. 140. 9. ubi vid. Lennep. p. 73. seq. et Salmas. ad Solin. p. 581. D. nec non Jacobsii Anim. in Anthol. Gr. Tom. VI. p. 21.

ΠΕΡΙΣΚΥΤΙ'ΖΩ, i. q. περισκυθίζω, *cutem circum detraho, excorio.* 2 Macc. VII. 4. Suidas: περισκυτίζοντος, ἐκδερματίζοντος. Si vera scriptura, derivanda est vox a σκύτος, *co-*
b *rium, pellis.* Cæterum confer Barkeri Annotatt. in Etymol. M. Vol. II. p. 1082. ed. rec. ac Tittmannum ad Zonaræ Lex. 1541.

ΠΕΡΙΣΠΑΣΜΟ'Σ, *distractio, occupatio, conversio agminis.* עִנְיָן, *afflictio magna.* Cohel. I. 13. Sic quoque ibi Aqu. Theod. ad quem locum Hieronymus: *Verbum* Anian *Aquila, LXX, Theod.* περισπασμὸν *si-*
c *militer transtulerunt, quod in distentionem Latinus interpres expressit, eo quod in varias sollicitudines mens hominis distenta lanietur.* Cohel. II. 23. 26. VIII. 16. ubi Vulgatus *dissensionem.* Melius alii codices habent *distensionem.* — יִתְרוֹן, *emolumentum, præstantia.* Symm. Cohel. V. 15. Ita Bielius. Sed unde hæc hauserit ignoro. In Hexaplis enim
d περισσὸν legitur. Frequenter etiam hac voce pro *occupatione* utitur Polybius. Vide Raphelii Annot. ex eodem ad Luc. X. 40. pag. 206. 2 Macc. X. 36. ἐν τῷ περισπασμῷ, in *distractione agminis,* s. *divisione unius cohortis in plures.* Conf. Æliani Tact. c. 25. et Grotium ad 2 Macc. l. c. Cæterum huc pertinet etiam locus Cohel. V. 2. ubi pro πειρασμοῦ
e reponendum est περισπασμοῦ.

ΠΕΡΙΣΠΑ'Ω, *distraho, occupo, in diversum traho,* etiam *abstraho.* עָנָה : הֶעֱנָה, Kal et Hiph. Cohel. I. 13. περισπασμὸν πονηρὸν, τοῦ περισπᾶσθαι ἐν αὐτῷ, malas sollicitudines, quibus distraherentur. Vocem περισπᾷν hoc sensu sæpius usurpavit M. Antoninus, ut ad Lib. VII. §. 20. docuit Gataker. Cohel. III. 10. V. 19. — שָׁמַט, *deturbo.* 2 Sam. f
VI. 6. — שִׁסַּע Pih. Symm. 1 Sam. XXIV. 8. περιέσπασεν, *distraxit.* Mallem *abstraxit,* sc. *a proposito.* Sir. XLI. 4. περισπωμένῳ περὶ πάντων, de omnibus *nimia sollicitudine distracto.* Confer Wolfium ad Luc. X. 40. p. 654.

ΠΕΡΙΣΠΟ'ΡΙΑ, scil. ΔΩ'ΜΑΤΑ, *suburbia,* q. d. *domus ante portas hinc inde dispersæ, prædia suburbana.* בָּנוֹת, *filiæ.* Inc. et LXX sec. g
Alex. Oxon. Ald. Jud. I. 27. Vide supra s. περίοικος. — מִגְרָשׁ, *suburbium.* Jos. XXI. 2. (ubi Inc. προάστια habet) 3. XI. 34. 1 Paral. VI. 56. sec. Vat. Aqu. Jos. XXI. 15. sec. marg. cod. 108. Holmes. Vide s. v. περιπόλια.

ΠΕΡΙΣΠΟΥΔΑ'ΖΩ, *perquam studiose ago.* רָצַד Pih. *dejicio,* it. *ex-* h
silio. Symm. Ps. LXVII. 16. περισπουδάζετε. Scil. Arab. رصد dicitur de *oculis aliquem insidiose observantibus,* unde רָצַד est *invidere, oculis obliquis intueri.* Ergo περισπουδάζειν de *contentione ex invidia orta* explicandum h. l. erit. Aqu. et Theod. habent ἐρίζειν. Nonnullis Interpretibus περισπουδάζειν h. l. est *magno studio expetere.* i

ΠΕΡΙ'ΣΣΕΙΑ, *abundantia, emolumentum, excellentia, præstantia.* יוֹתֵר. Cohel. VI. 8. τίς περίσσεια τῷ σοφῷ ὑπὲρ τὸν ἄφρονα; quamnam habet sapiens præ stulto *prærogativam?* — יִתְרוֹן. Cohel. I. 3. τίς περίσσεια τῷ ἀνθρώπῳ ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτοῦ; quamnam homo *utilitatem* consequitur omni labore suo? Cohel. III. 9. τίς περίσσεια τοῦ ποιοῦντος, k
ἐν οἷς μοχθεῖ; quamnam igitur *utilitatem* habet is, qui laborat ex illo labore suo? Cohel. V. 8. περίσσεια γῆς ἐπὶ παντί ἐστι βασιλεὺς τοῦ ἀγροῦ εἰργασμένου, magna est terræ *felicitas,* cujus rex agriculturæ favet. Coh. VII. 12. ἀγαθὴ σοφία μετὰ κληροδοσίας

a καὶ περίσσεια τοῖς θεωροῦσι τὸν ἥλιον, bona sapientia cum hæreditate et *emolumento* illis, qui aspiciunt solem. Cohel. X. 8. οὐκ ἔστι περίσσεια τῷ ἐπᾴδοντι, nihil *emolumenti* habet incantans. Cohel. VII. 13. περίσσεια γνώσεως, *præstantissima* scientia. Cohel. X. 10. περίσσεια τοῦ ἀνδρὸς σοφία, sapientia *multum prodest ad recte agendum*. Alii libri habent περίσσεια
b τῷ ἀνδρὶ οὐ σοφία, quorum verborum est hic sensus: *quærere et ambire superflua non est hominis sapientis*. — מוֹתָר. Prov. XXI. 5. εἰς περίσσειαν, in *abundantiam*.

ΠΕΡΙΣΣΕΥ'Ω, *abundo, excello, præsto*, it. *supersum*. הוֹתַר Hiph. a יָתַר. Aqu. Gen. XLIX. 3. μὴ περισσεύσῃς, ne *crescas*, ne *excellas*. Verbo etiam utitur Aquila Deut.
c XXX. 9. et Prov. XII. 26. In posteriori loco, ubi legitur: περισσεύων τὸν πλησίον αὐτοῦ δίκαιος, notandum est, ante τὸν πλησίον αὐτοῦ omissum esse παρὰ, quod respondeat τῷ מ, neglecto in versione Aquilæ, aut, si lectio sana est, nec מ ante רֵעֵהוּ in codice suo invenerit, voci περισσεύων notionem Hiphilicam tribuendam esse. Voluit hoc sine
d dubio Vulgatus, qui habet: *qui negligit damnum propter amicum, justus*. — מוֹתָר, *præstantia*. Cohel. III. 19. τί ἐπερίσσευσεν ὁ ἄνθρωπος παρὰ τὸ κτῆνος; quid *præstat* homo bestiæ? — מַרְבִּית, *multitudo*. 1 Sam. II. 35. περισσεύων οἴκου σου, qui *superest* in domo tua. — נוֹתַר Niph. a יָתַר. 1 Sam. II. 38. Al. 2 Sam. II. 38. ὁ περισσεύων ἐν τῷ οἴκῳ σου, qui
e *superest* in domo tua. Tob. IV. 22. πᾶν ὃ ἐὰν περισσεύσῃ σοι, omne, quod tibi *superfuerit*. Conf. Matth. XIV. 20. Sir. XI. 13. πτωχείᾳ περισσεύει, *magna inopia laborat*. Sir. XIX. 20. περισσεύων ἐν φρονήσει, *abundans prudentia*. Sir. XXXIII. 34. μὴ περισσεύσῃς ἐν πάσῃ σαρκὶ, ne nimis *severe te geras* erga mancipium tuum, ubi περισσεύειν respondet nostro: f
einem zu viel thun, to treat harshly. Grotius conjicit, legendum esse περπερεύσῃς, *perperam agas*. 1 Macc. III. 30. ἐπερίσσευσεν ὑπὲρ τοὺς βασιλεῖς τοὺς πρώτους, *antecellat* regibus prioribus.

ΠΕΡΙΣΣΕΥ'Ω ἈΓΑΘΟΙ͂Σ, *abundo bonis*. שַׁאֲנַן Pih. a שָׁאַן, *tranquille ago*. Theod. Jer. XXX. 10. περισσεύσει πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς, *abundabit* omnibus bonis. g

ΠΕΡΙΣΣΟ'Σ, *reliquus, residuus, excellens, præstans, abundans*. יוֹתֵר. Cohel. II. 15. ἱνατί ἐσοφισάμην ἐγὼ τὸ περισσόν; quare sapui *magis quam alii*? Scilicet περισσὸν jungendum h. l. est cum ἐσοφισάμην, non vero cum ἐλάλησα. Vide et Cohel. VII. 17. XII. 9. Symm. Cohel. V. 15. VII. 8. περισσόν. Cohel. VII. 1. τί περισσὸν ἀνθρώπῳ; quid *prodest* homini? Cohel. XII. 12. περισσὸν ἐξ αὐτῶν, quod *reliquum est*. — יֶתֶר. Exod. X. 5. 1 Reg. XIV. 19. 2 Reg. XXIV. 31. Ezech. XLVIII. 23. Aqu. Genes. XLIX. 3. περισσὸς ἄρσει καὶ περισσὸς κράτει, *præstans* dignitate, et *præstans* robore. Sic περιττοὶ ἐν παιδείᾳ apud Zosimum Lib. IV. pag. 743. sunt *præstantes in literis*. Vide i
quoque Jacobsium in Anthol. Gr. T. XI. p. 235. — יַתִּירָה : יַתִּירָא Chald. Dan. V. 13. πνεῦμα περισσὸν ἐν αὐτῷ, spiritus *excellens* in illo. Vide et Dan. VI. 3. Dan. VI. 15. σοφία περισσή, sapientia *excellens*. Confer Raphelii Annotatt. ex Herodoto ad Matth. V. 47. p. 143. — *יֹתֶרֶת, *fibra*. Inc. Lev. IX. 10. Vulgat. *reticulum*. et ibid. v. 19. In omnibus his locis notionem, quam vulgo k
יֶתֶר habet, secuti sunt. — מוֹתָר. Prov. XIV. 25. ἐν παντὶ μεριμνῶντι ἔνεστι περισσόν. In textu Hebr. legitur: *in strenuo labore est lucrum*. — מֵיתָרִים plur. *funes*. Num. IV. 28. — נוֹתַר Niph. a יָתַר. Jud. XXI. 16. sec. cod. Vat. 1 Sam-

a XXX. 9. Ezech. XLVIII. 15. 18. Sir. III. 22. τοῖς περισσοῖς τῶν λόγων μὴ περιεργάζου, noli curiosius indagare *res, quæ ad te non pertinent.* In aliis libris legitur: ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου; quod vertunt: *in tanta officiorum tuorum abundantia.* 1 Macc. IX. 22. περισσὰ, *cætera.*

ΠΕΡΙΣΣΟ'ΤΕΡΟΣ, comparat. *excellentior, major, amplior.* יְתִירָה.
b Dan. IV. 33. μεγαλωσύνη περισσοτέρα, magnificentia *excellentior.*

ΠΕΡΙΣΣΟ'ΤΕΡΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *excellentior sum.* הוֹתַר Hoph. a יָתַר. Gen. XLIX. 3. οὐκ ἔσῃ περισσότερος, non eris *excellentior.*

ΠΕΡΙΣΣΩ͂Σ, *abundanter, excellenter.* יֶתֶר. Ies. LVI. 12. Dan. VIII. 9. — עַל יֶתֶר. Ps. XXX. 31. ἀνταποδίδωσι τοῖς περισσῶς ποιοῦσιν ὑπερ-
c ηφανίαν. Vulg. *nam retribuit abundanter facientibus superbiam.* Legisse videtur ἀνταποδίδωσι περισσῶς τοῖς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν, quod rectius videtur. — יַתִּירָה : יַתִּירָא Chald. Dan. VII. 7. 19. Præterea legitur Coh. VII. 17. ubi tam Symmachus quam LXX illud περισσῶς post ἀδημονήσαι de suo addiderunt. Adde 2 Macc. VIII. 27.

d ΠΕΡΙ'ΣΤΑΣΙΣ, *circumstantia, afflictio, calamitas, necessitas,* it. *atrium.* אֵילִים plur. ex אַיִל, *limina.* Symm. Ezech. XL. 16. περιστάσεις, *limina.* Ita Bielius. Sed loco περιστάσεις ibi fortasse legendum est παραστάσεις, coll. v. 14. Vide ad h. l. Montfauconium, qui in Lex. Gr. s. h. v. intellegit *ea, quæ circa atrium stabant.* — הֵקִים Hiph. a
e קוּם, *constituo.* Ezech. XXVI. 8. ποιήσει ἐπὶ σὲ χάρακα, καὶ περίστασιν ὅπλων, faciet adversus te vallum, et *circumstantiam* armorum, h. e. armis circumdabit te. Ita Bielius, non recte tamen instituta collatione utriusque textus. Certe non vidit, duas hic coaluisse versiones et περίστασιν ὅπλων æque ac χάρακα pertinere ad סֹלְלָה, *agger.* — מְגוּרָה, *formido,* etiam *objectum formidinis.* Symm. Psalm. XXXIII. 4. περιστά- f
σεων. LXX ibi habent θλίψεων. Possent tamen per περιστάσεις h. l. etiam intellegi *obsidiones,* h. e. hostes me undique cingentes. — *סוּפָה, *turbo.* Aqu. Symm. Theod. Job. XXVII. 20. ubi pro Hebr. *nocte furatus est eum turbo,* s. *nocturna eum abripiet tempestas,* habent: νυκτὸς ἐν περιστάσει μὴ ἐκφύγοι, nocte in *adverso casu* non effugiat. Jam quia his verbis sensus non male expressus est, g
Aquilæ certe nomen huic notæ hexaplari male præfixum videtur, cui potius sunt tribuenda verba, quæ nunc in LXX feruntur. 2 Macc. IV. 16. χαλεπὴ περίστασις, *gravis necessitas* vel *afflictio.* Hesych. περίστασις, θλίψις, ἀνάγκη, μέριμνα. Sopingius ad h. l. annotat locum Polybii Lib. IV. ἀλλ' ἐν περιστάσει χρῆσθαι ταῖς ἐπιβολαῖς. Philosophos Stoicos vocem περίστασις ἀντὶ τοῦ συμφορὰ h
pro *calamitate* adhibuisse, docet Phrynichus p. 164. Conf. et Suicerum Thes. T. II. p. 682. Gatakerum ad Antoninum IX. 13. p. 271. ac Jacobsium in Anthol. Gr. T. IX. p. 9.

ΠΕΡΙΣΤΕ'ΛΛΩ, *operio, contego, obvolvo, ad sepulturam compono, colligo.* אָסַף, *colligo.* Ies. LVIII. 8. ἡ δόξα τοῦ θεοῦ περιστελεῖ σε, gloria Dei *operit* te. — נֶחְפַּן Niph. a חָפַן Symm. i
1 Sam. XXIII. 26. περιστελλόμενος, *contractus.* Potius ibi est i. q. κρυπτόμενος. Conf. reliquos Intt. — קָבַץ, *colligo.* Ezech. XXIX. 5. οὐ μὴ περισταλῇς, neutiquam *collegeris.* Tob. XII. 14. ὅπως ἀπελθὼν περιστείλῃς τὸν νεκρὸν, ut abiens *ad sepulturam componeres* mortuum. Vide et Sirac. XXXVIII. 17. Eodem sensu verbum apud Græcos alias haud raro usurpatur, Homerus Od. Ω', 292. οὐδέ ἑ μήτηρ κλαῦσε περιστείλασα. Euripides Iphigen. Taur. v. 627. φεῦ, πῶς ἂν μ' ἀδελφῆς χεὶρ περιστείλειεν ἄν.

a Herodot. Lib. II. c. 90. τούτους πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ταριχεύσαντας αὐτὸν καὶ περιστείλαντας ὡς κάλλιστα, θάψαι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι. Conf. quoque quæ ex Alciphrone observat Schoettgenius in Hist. Crit. Reip. Lit. T. XIII. p. 131. Gloss. *pollingo*, περιστέλλω νεκρόν. Hesych. περισταλεὶς, κοσμηθεὶς, ἤτοι ταφείς. Idem: περίστειλον, συγκάλυψον, συνάγαγε. Rursus idem:
b Περιστέλλει, καλύπτει, συστέλλει, κοσμεῖ, σκέπει, φυλάττει, περιβάλλει. Suidas: Περιστεῖλαι, περικαλύψαι. Ὁ δὲ τὸ σῶμα τούτου περιστείλας πέπλοις σηρικοῖς, καὶ τεχνησάμενος σῆμα, ἐν αὐτῷ κατέθετο. Eodem sensu συστέλλειν usurpat Lucas Act. V. 6. Confer ad h. l. Grotium, et Wolfium p. 1074.

ΠΕΡΙΣΤΕΡΑ', *columba*. גּוֹזָל, *pullus avium*. Aqu. et LXX Gen. XV.
c 9. Sed Theodot. habet νοσσὸς περιστερῶν. — יוֹנָה, nomen. Cant. II. 14. περιστερά μου, *columba mea*. Vide et Cant. V. 3. VI. 8. et conf. ad h. l. Jac. Hasæi Animadvers. in Bibl. Brem. Class. I. p. 304. seq. ubi inter alia p. 308. ex Artemidori Oneirocrit. c. 20. observat, περιστερὰς vocari *castas mulieres, quas amamus*. — בֶּן יוֹנָה, *filius columbæ*. Al. Lev.
d I. 15. ubi tamen pro περιστερῶν ex ed. Ald. legendum videtur περιστεριδίων. — *לְכִי לָךְ, *abi tibi*. Cant. II. 10. περιστερά μου. Videntur legisse יוֹנָתִי. — Vide alibi Κόπρος περιστερῶν.

ΠΕΡΙΣΤΕΡΙ'ΔΙΟΝ, *pullus columbinus*. בֶּן יוֹנָה, *filius columbæ*. Lev. I. 15. sec. Ald. et Incertum Interpretem, ubi tamen reliqui libri πε-
e ριστερῶν habent. Vide ad h. l. Montf. in Add.

ΠΕΡΙΣΤΕΡΟΕΙΔΗ'Σ, *columbæ speciem referens*, aut: *qui columbino genere est*. Vide περιστηροειδής.

ΠΕΡΙΣΤΕΦΑΝΟ'Ω, *circumcingo, coronam facio*. עָטַר, *corono*. Reliqui 1 Sam. XXIII. 26. περιστεφανοῦντες. Vulgatus bene: *in modum coronæ cingebant*, s. *cinctum eum tenebant*.

ΠΕΡΙΣΤΗ'ΘΙΟΝ, *pectorale indumentum*, q. d. *circumpectus*. Sic vo- f
catur *eximium illud ornamentum pectoris summi pontificis, dictum* Hebr. חֹשֶׁן. Exod. XXVIII. 4. Hesych. περιστήθιον, ἱερατικὸν ἔνδυμα. Gloss. in Octat. περιστήθιον, ἔνδυμα τοῦ ἱερέως ἐπὶ τοῦ στήθους.

ΠΕΡΙΣΤΟΙΧΙ'ΖΟΜΑΙ, *circumcingo, comprehendo, indagine cingo*, metaphorice, *punio*. קָבַץ, *congrego*, etiam *coarcto*. Ed. Quint. Hos. VIII. 10. ἀλλὰ καὶ ὅταν μισθώσηται ἔθνη, εὐθέως g
περιστοιχειοῦμαι αὐτοὺς, sed etiamsi amicitiam barbarorum muneribus sibi comparaverint, tamen mox *puniam* eos, nempe Israëlitas. Pro περιστοιχειοῦμαι, quod Montf. h. l. edi jussit, reponi debet περιστοιχιοῦμαι, ut et legitur in ed. Rom. Phavorinus: περιστοιχίσαντες, περικυκλώσαντες, περιστάντες, περιλαβόντες. Cf. Harpocrationem et Suidam in περιστοιχίζεται.

ΠΕΡΙΣΤΟΛΗ', *amictus, ornatus*. h
Exod. XXXIII. 6. περιείλοντο οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸν κόσμον αὐτῶν καὶ τὴν περιστολὴν, deponebant filii Israël ornatum suum et *amictum*. In textu Hebr. nihil pro hac voce legitur. Sirac. XLV. 7. περιστολῇ sec. Alex., seu περιστολὴν sec. Compl., ubi Vat. στολὴν habet. Hesych. περιστολὴ, περιβολὴ, ἔνδυμα. Suidas: περιστολὴ, περιβολὴ, ἐπαγωγή.

ΠΕΡΙΣΤΟ'ΜΙΟΝ, *orificium, ora-* i
rium, capitium, ora vestimenti, apertura vestimenti, in quam collum inseritur, alias Græce βρογχωτής. פֶּה, *os*. Exod. XXVIII. 28. XXXIX. 22. Job. XXX. 18. ubi Vulg. *capitium* habet. — פִּי רֹאשׁ, *os capitis*. Exod. XXVIII. 28. — פִּימָה, *plicatura*. Job. XV. 27. ubi quidam a plurali פִּים, *ora*, deducunt. Vulg. *arvina*. Conf. Outhovium in Bibl. Brem. Class. I. p. 72. seq. Ezech.

a XXXIX. 11. περιστόμιον φάραγγος, *aperturam vallis.* In textu Hebr. hic nihil pro hac voce legitur. Lex. Vet. περιστόμιον, *rictus.*

ΠΕΡΙΣΤΡΕ'ΦΩ, *circumverto, in orbem verto, converto, circumago.* סָבַב, *circumeo.* Gen. XXXVII. 6. Num. XXXVI. 9. — שׁוֹבֵב Pih. a שׁוּב, *converti facio.* Theod. Ezech. XXXVIII. 4. περιστρέψω, h. e. *cir-*
b *cumagam,* ut Vulgatus bene transtulit. Conf. Homer. Il. Τ', 131.

ΠΕΡΙΣΤΡΟΦΗ', *conversio.* Sir. L. 5. Ita Bielius. Sed in illo loco, ubi legitur ἐδοξάσθη ἐν περιστροφῇ λαοῦ, substantivum περιστροφὴ *confluxum* potius et *turbam populi* notat, ut sensus sit: valde magnificus eras in media turba circum te circumfusa. Vulgatus: *adeptus est gloriam in*
c *conversatione gentis.*

ΠΕΡΙΣΤΡΩ'ΜΑΤΑ, *peristromata, aulæa, tapetes,* quibus triclinia, nec non lecti torique circumquaque sterni solent, a περιστρωννύω, *circumquaque sterno,* q. d. *circumstrata.* מַרְבַדִּים plur. Aqu. Theod. Prov. VII. 16. περιστρώμασι, et Proverb. XXXI. 22. περιστρώμασι. Drusius in Fragm. Vett. Intt. GG. p. 1110: Περι-
d στρώματα *tapetia et aulæa, quibus triclinia vel lecti circumquaque sterni solent. Utuntur hac voce Latini auctores, ut Plautus et alii. Cicero* (II. 67. c. 27.): *Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres.* Conf. Pollucem Lib. X. c. 8. segm. 42.

ΠΕΡΙΣΤΡΩ'ΝΝΥΜΙ, *circumsterno.* רָבַד, idem. Aqu. Theod. Proverb.
e VII. 16. περιέστρωσα.

ΠΕΡΙ'ΣΤΥΛΟΝ, sc. οἴκημα vel χωρίον, *locus columnis cinctus, porticus, peristylium.* אַתִּיק. Ez. XLII. 4. Ed. Compl. ibi habet: αἱ περίστυλοι. — רִצְפָּה, *pavimentum.* Ezech. XL. 18. 19. — תִּיכוֹן, *medianum.* Ezech. XLII. 4. Vide et 2 Macc. IV. 46. et 3 Macc. V. 24. Priori loco περίστυλον *pars* erat *regiæ domus, in qua rex frigus captabat.* Posteriori autem περίστυλον Bocharto Hier. f
P. I. Lib. II. c. 26. p. 264. non videtur esse pars domus, sed Alexandriæ *portio* s. *platea a columnis, quibus ambiebatur, sic appellata.*

*ΠΕΡΙ'ΣΤΥΛΟΣ, *circumcirca columnatus, columnis cinctus.* Vide s. v. περίστυλον.

ΠΕΡΙΣΥ'ΡΩ, *circumcirca detraho.* חָשַׂף, *denudo.* Gen. XXX. 38. Vide et 2 Macc. VII. 7. 4 Macc. X. 7.

ΠΕΡΙΣΦΙ'ΓΓΩ, *constringo.* צוּר, g
arcte constringo, arcto. Symm. Cant. VIII. 8. περισφίγξωμεν, *constringamus.* Hippocr. de Oss. Nat. p. 278. 8.

ΠΕΡΙΣΦΡΑΓΙ'ΖΟΜΑΙ, *circumobsignor.* זַרְזִיר, *succinctus, substrictus.* Symm. Prov. XXX. 31. περιεσφραγισμένος τὴν ὀσφύν. *Vir doctus* (sc. Montfauconius ad h. l.), sunt verba Stephani le Moyne in Obss. ad Var. Sacr. p. 308. "ingeniose suspicatur, h
esse corrigendam istam vocem, et legendum περιπεφραγμένος, vel περιεσφιγμένος τὴν ὀσφύν. Quasi de equo cataphracto et lumbis cincto, stricto et fibulato verba ibi fierent. Sed etiam, si de equo et equo bonæ notæ mentionem faciat Agur, non est sollicitanda vox περιεσφραγισμένος: id est sigillatus, notatus, figura quadam designatus, ut indolis melioris, alacrioris et generosioris. Nam i
solebant equos figuris quibusdam notare, et quasi sigillare. Quod observatum Scaligero:" cujus verba etiam doctiss. le Moyne l. c. addit.

ΠΕΡΙΣΧΙ'ΖΩ, *circumscindo, lacero, divido.* קָרַע, *lacero.* Ies. XXXVI. 22. περιεσχισμένοι τοὺς χιτῶνας, laceratas tunicas habentes. Verbum occurrit etiam Ezech. XLVIII. 1. ubi aliter LXX legisse videntur, ac hodie legitur. Adde Lucian. Dial. Meretr. p. 975. D.

ΠΕΡΙΣΩ'ΖΩ, *servo, salvum facio.*

a חָיָה, *vivifico.* Symm. Psalm. XL. 2. περισώσει. Idem 2 Sam. VIII. 2. et Psalm. CXXXVII. 7. — נִמְלַט Niph. *evado.* 1 Sam. XXX. 17. ubi cum simplici σώζω in codd. permutatur. Aqu. Prov. XI. 21. περισωθήσεται. Aqu. Symm. Prov. XIX. 5. — *עָלָה, *ascendo.* Inc. Jud. I. 22. περιεσώθησαν. Vox hæc, ut judicavit Semlerus, et post illum Scharfenbergius, componenda est cum
b וַיָּתִירוּ v. 23., ita ut pro ea reponatur περιεκάθισαν, *obsidione cinxerunt,* sive respexerit notionem primam verbi תּוּר, *circumire,* sive forte legerit ויצירו sive ויחנו. Mihi vero videtur vocem Hebr. deduxisse a יָתַר, coll. Psalm. LXVIII. 12. ubi הוֹתִיר per περιποιῆσαι redditur. Kreyssigius legendum conjicit περιεσκόπησαν.
c Vide quoque 2 Macc. III. 38. sec. Compl. et Strabon. Geogr. X. p. 695. A.

ΠΕΡΙΤΕΙΧΙ´ΖΩ, *circumvallo, muro cingo et circumdo.* הִקִּיף Hiph. a יָקַף. Symm. Ps. XLVII. 13. περιτειχίσατε. — מִבְצָר, *munitio.* Hos. X. 15. — *סָבַב שֵׁם, *verso nomine.* Num. XXXII. 38. περιτετειχισμένας sec. cod. Basil., quod tamen, ut ju-
d bent Cod. Coisl. et Lips. Paul., Symmacho vindicandum est. Vide ad h. l. Scharfenbergium, qui recte monuit, notionem verbi סָבַב latere in præpositione περὶ, et loco שֵׁם legisse שׁוּר. 1 Macc. XIII. 33. περιετείχισε, *circumsepsit præsidiis munimentisque firmissimis.*

ΠΕΡΙΤΕΙ´ΧΙΣΜΑ, *circumvallatio, propugnaculum.* חֵל contr. ex חֵיל.
e Al. 2 Sam. XX. 15. περιτειχίσματι.

ΠΕΡΙ´ΤΕΙΧΟΣ, *circummurale, propugnaculum.* חֵיל. 2 Reg. XXIV. 21. Vulgat. *munitiones.* Al. Jerem. LII. 2. — חֵל contr. pro חֵיל. Ies. XXVI. 1. — חָרוּץ, *fossa.* Dan. IX. 25.

ΠΕΡΙΤΕ´ΜΝΩ, *circumcido.* הֵסִיר Hiph. a סוּר, *recedere facio,* Jerem. IV. 4. περιτέμνεσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν: ubi περιτέμνειν est i. q. ἀφαι- f
ρεῖσθαι apud Symmachum. Alii libri habent περιέλεσθε. Vide ad h. l. Spohnium. — הִתְנַדֵּד Hithp. a נָדַד. Aqu. Deut. XIV. 1. περιτεμεῖσθε. — כָּרַת : הִכְרִית, Kal et Hiph. Exod. IV. 25. Ezech. XVI. 4. — מוּל. Genes. XVII. 10. 11. Exod. XII. 44. Lev. XII. 3. et alibi sæpius. Hebr. et Syr. Int. Genes. XVII. 14. g

ΠΕΡΙΤΙ´ΘΗΜΙ, *circumpono, impono, induo, orno, imputo, vindico.* הוֹרִישׁ Hiph. a יָרַשׁ, *hæreditare facio.* Job. XIII. 26. περιέθηκας δέ μοι νεότητος ἁμαρτίας, *imputasti* autem mihi peccata juventutis. — הִלְבִּישׁ Hiph. *vestio.* Gen. XXVII. 16. — הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio.* Num. XXVII. 7. 8. περιθήσετε τὴν κλῆρον αὐτοῦ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ, *vindicabitis* h
hæreditatem ejus filiæ ipsius. — הִרְעִישׁ Hiphil, *commoveo.* Job. XXXIX. 20. περιέθηκας αὐτῷ πανοπλίαν, *induisti* autem illi gravem armaturam. Sed verba hæc continent glossema ad verba ultima versus præcedentis תַלְבִּישׁ צַוָּארוֹ רַעְמָה, quod locum veræ interpretationis occupavit. — הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio.* Ex. XXXIV. i
35. — הִשְׁקִיעַ Hiph. *demergo.* Job. XL. 20. Acceperunt vocem Hebr. in notione *ligandi* ex notione radicis Arab. سقع. — חָבַשׁ, *alligo.* Ex. XXIX. 9. Levit. VIII. 13. — חָגַר, *accingo.* Al. Psalm. XLIV. 4. περίθου. — כָּהַן Pih. *sacerdotem ago.* Ies. LXI. 10. ὡς νυμφίῳ περιέθηκέ μοι

a μίτραν, ut sponsæ imposuit mihi mitram: ubi π. notat *ornatus causa imponere ac circumdare*. Sic et Hebr. vox h. l. notat *sacerdotem agere ornatu*. — כָּלִיל, *perfectus*. Ezech. XXVII. 3. περιέθηκα ἐμαυτῇ κάλλος μου. Videntur legisse כִּלַּלְתִּי per literarum metathesin. Confer versum sequentem. — כָּלַל, *perficio*. Ezech. XXVII. 4. περιέθηκέ σοι κάλ-
b λος. — כָּסָה, *tego*. Al. Jon. III. 8. περιέθεντο. — נָשָׂא et עָנַק, *fero, alligo*, junctim. Job. XXXI. 36. ἐπ' ὤμους ἂν περιθέμενος στέφανον ἀνεγίνωσκον, humeris *imponens* coronam legebam. Eodem sensu apud Aristoph. Ecclesiaz. v. 131. verbum legitur. Quorsum respiciens Suidas: περίθου, ὅπερ ἡμεῖς σύνηθες ἐπίθου λέγειν. Ἀριστοφάνης· περίθου νῦν τόνδε πρότερον, πρὶν
c λέγειν. ἤγουν στέφανον. Ἔθος γὰρ ἦν τοῖς λέγουσι στεφανοῦσθαι πρῶτον. Confer et quæ ex Polybio ad Marc. XV. 17. notat Raphelius p. 153. — נָתַן, *do*. Gen. XLI. 42. Esth. I. 20. καὶ οὕτω πᾶσαι αἱ γυναῖκες περιθήσουσι τιμὴν τοῖς ἀνδράσιν ἑαυτῶν, et sic omnes mulieres *honorem deferent* maritis suis. Conf. τιμὴν περιτίθημι. Thucyd. VI. c. 89. δύναμιν et ἀτιμίαν περιθεῖναι. Ib.
d IV. 87. Job. XXXIX. 19. Ezech. XVI. 11. — עָדָה, *orno*. Hos. II. 13. — עֹשֶׁר, *divitiæ*. Esth. V. 11. περιτιθέναι δόξαν, *gloria ornare*. Forsan hic legerunt עֲטָרָה. — עָטָה, *circumvolvo*. Levit. XVI. 4. — קָשַׁר, *alligo*. Ies. XLIX. 18. περιθήσεις αὐτοὺς, ὡς κόσμον νύμφη, *indues* illos, tanquam ornatum sponsa. — רָקַע, *expando*. Num. XVI. 40. — שׂוּם :
e הֵשִׂים, Kal et Hiph. *pono*. Gen. XXIV. 47. Ruth. III. 3. Jerem. XIII. 1. Symm. Job. XXIV. 15. Idem Cant. VIII. 6. — שׂוּם סָבִיב, *pono circum*. Exod. XL. 8. — Vide alibi θάρσος, τιμή, et φραγμός.

ΠΕΡΙΤΟΜΗ', *circumcisio*. הִמּוֹל infin. Niph. a מוּל, *circumcidendo*. Genes. XVII. 12. — הֲמוּלָה, *strepitus*. Jerem. XI. 16. Hic legerunt מוּלָה cum ה præfixo. —
f מוּלֹת. Exod. IV. 26.

ΠΕΡΙΤΡΑΧΗ'ΛΙΑ, *ornamenta collum cingentia, torques*. חֲלִיָה, *ornatus, monile*. Symm. Hos. II. 13. — עֲנָק, *torques, collare*. Aquila Prov. I. 9. — פָּתִיל, *filum contortum*. Symm. Genes. XXXVIII. 25. sec. cod. Coislin. Hæc si vere est Symmachi, ex altera ejus versione ducta sit necesse est: nam v. 18. per στρεπτὸν ἐγχειρίδιον eandem vocem ex-
g pressit. Scharfenbergius ad h. l. suspicatur, esse περιτραχήλιον glossema spectans versionem LXX Intt. ὁρμίσκος, quo illum ducunt glossæ Suidæ: ὁρμίσκοι, περιτραχήλιος κόσμος, et Hesychii: ὁρμίσκοι, περιτραχήλιοι κόσμοι γυναικεῖοι.

ΠΕΡΙΤΡΕ'ΠΩ, *circumverto, circumago, subverto*, et περιτρέπομαι, *ti-
h tubo*. הֵסִיר Hiph. a סוּר, *averto*. Symm. Job. XII. 20. περιτρέπων. Ib. XXXIV. 5. — הִתְגָּעֵשׁ Hithp. *commoveor*. Symm. Psalm. XVII. 18. περιετράπησαν. — הִתְפַּלֵּץ Hithp. *tremo*. Reliqui Job. IX. 6. περιτραπήσονται. — מוֹט, *moveor*. Symmach. Psalm. IX. 23. περιτραπήσονται, et Ps. CIII. 6. περιετράπησαν. Adde Symm. Psalm. XLV. 7. LXXXI. 5. et CXX. 3. — מָעַד, *vacillo*.
i Symm. Ps. XXV. 1. περιτραπήσομαι, *titubabo*. Lex. Vet. περιτρέπομαι, *titubo*. — *נָטָה, Hiph. הִטָּה, *inclino, declino*, active, et neutraliter *everto*. Symm. Job. XXIV. 4. περιέτρεψαν γὰρ πενήτων ὁδὸν, *subvertunt* enim pauperum viam, ut quoque Vulgatus transtulit. Versio hæc æque ambigua est ac textus Hebraicus. Quod enim ad hunc attinet (ubi legitur: *divertere facient egentes de*

a via), alii sensum verborum ita constituunt: impediunt inopes in negotiis, in quo est summa injuria. Aliis vero sisti videntur pauperes tanquam debitores, qui urgentur aut vexantur a creditoribus potentioribus, ut res suas non possint curare, sed sese abscondere cogantur. Alii aliter. Similiter verba Symmachi non uno modo accepe-
b runt interpretes. Quid si ὁδὸς esset h. l. *causa justa*, s. *via ad judicem*, hoc sensu: *impediunt pauperes, quominus jus suum consequi ac in foro vincere possint*, s. *efficiunt, ut causa sua cadant*. Conf. Lex. N. T. s. v. ὁδός. LXX habent: ἐξ ὁδοῦ δικαίας. Potest quoque verti: *lubricam fecerunt pauperum viam*, quod ad pericula et infelicitatem in universum
c transferri posset. Sap. V. 24. περιτρέψει θρόνους δυναστῶν, *subvertit* thronos judicum.

ΠΕΡΙΤΡΕ'ΧΩ, *circumcurro, discurro*. שׁוֹטֵט Pih. a שׁוּט. Jer. V. 1. Amos VIII. 12. περιδραμοῦνται.

*ΠΕΡΙΦΑΝΗ'Σ, *illustris, nobilis, insignis*. 4 Macc. VII. 25. περιφανὴς ὁ τύραννος, ubi sensu malo adhibetur.

d *ΠΕΡΙΦΑΝΩ͂Σ. Adverb. *aperte*. 4 Maccab. VII. 25. ἐνικήθη περιφανῶς, *plane* victus est. Quæ lectio mihi præferenda videtur.

*ΠΕΡΙΦΑΝΤΙ'ΖΩ. כִּפֵּר, *expio*. Inc. Ezech. XLIII. 20. περιφαντιεῖς. Sed est lectio aperte vitiosa, ac reponendum περιῤῥαντιεῖς, pro quo in cod. Alex. περιρανιεῖς, et in Ald. περιῤῥανεῖς legitur.

e ΠΕΡΙΦΕ'ΡΕΙΑ, *circumlatio, circumferentia, rotunditas, rotunda forma*, it. *hallucinatio, error*. הוֹלֵלָה, *insania*. Cohel. IX. 3. περιφέρεια ἐν καρδίᾳ αὐτῶν, *error* in corde eorum: ubi περιφέρεια est pro παραφορά. Aqu. πλάνη. — הוֹלֵלוֹת, idem. Cohel. X. 13. Gloss. MS. in Eccles. περιφέρεια (MS. vitiose περιφέρια), πλάνη. Hesych. περιφέρεια, διαστροφή, κύκλος.

ΠΕΡΙΦΕΡΗ'Σ, *rotundus, vertibilis*. f
גֻּלָּה, *lecythus*. Symm. Cohel. XII. 6. περιφερές. Copiose de h. v. disputavit Desvœux in Comment. ad h. l. qui *trochleam* intellegit. 2 Maccab. XIII. 5. ὄργανον περιφερές, instrumentum *rotundum*. Hesych. περιφερές, στρογγύλον.

ΠΕΡΙΦΕ'ΡΩ, *circumfero, circumago, conturbo*, et περιφέρομαι, *circumagor, erro*. בּוֹא, *venio*. Proverb. X. g
25. ἐν ἀπωλείᾳ ἀσεβὴς περιφέρεται, ad interitum impius *circumagitur*. Cf. Elsnerum ad Ephes. V. 14. p. 214. et Wolfium ad eundem l. pag. 99. Hesych. περιφέρεται, πλανᾶται. — הוֹלֵל Pih. ab הָלַל, *insanum reddo*. Cohel. VII. 8. ἡ συκοφαντία περιφέρει σοφόν, calumnia circumagit vel conturbat sapientem: ubi loco περιφέρει nonnulli judicarunt reponendum h
esse παραφέρει, quia παραφορὰ est *insania, quæ hominem transfert* seu, *movet de bona mente*. De qua conjectura quid statuendum sit, vide infra s. v. περιφορά. 2 Maccab. VII. 27. τὴν ἐν γαστρὶ περιενέγκασάν σε, quæ in utero te *circumtuli*.

*ΠΕΡΙΦΛΕΓΗ'Σ, *ardens*. 3 Macc. III. 29. Breit.

*ΠΕΡΙΦΛΕΥΣΜΟ'Σ, *adustio, ar-* i
dor, a περιφλεύω, *aduro*, quod apud Herodot. V. p. 313. 6. f. occurrit. חַרְחֻר, *febris ardens* vel *acuta*. Aqu. Deuter. XXVIII. 22. περιφλευσμῷ, i. q. περιφλογισμῷ, quo Symmachus et Theodotion h. l. usi sunt.

ΠΕΡΙΦΛΟΓΙΣΜΟ'Σ, *circumadustio, adustio, ardor*. חַרְחֻר, *febris ardens vel acuta*. Symm. Theodot. Deut. XXVIII. 22. k

ΠΕΡΙΦΟΡΑ', *circumlatio, circumactio*, metaphorice: *hallucinatio, error*. הוֹלֵלָה. Cohel. II. 12. τοῦ ἰδεῖν σοφίαν καὶ περιφοράν, *ut viderem sapientiam et errorem*. Schol. ibi παραφοράν, quæ est lectio cod. Vat. Vide et Cohel. VII. 26. ac confer Drusium Ep. 32. — *הוֹלֵלוֹת plur.

a foem. *insaniæ.* Cohel. I. 17. ubi LXX, h. e. Theodotion, teste Hieronymo in Comment. ad h. l., non παραβολὰς scripserunt, sed περιφορὰς, vel παραφορὰς. Conf. Opusc. Crit. p. 319. — מְהוֹלָל part. Pyh. *insanus.* Cohel. II. 2. Gloss. MS. in Eccles. περιφορὰν, φορὰν. Hesych. περιφορᾶς, περισπασμοῦ, πλάνης.

*ΠΕΡΙΦΟ'ΡΕΙΑ, *circumlatio, cir-*b *cumactio, circumvectio,* i. q. περιφορά. סְחֵרָה, *aspis, s. clypeus rotundior, totum corpus ambiens.* Aqu. Psalm. XCI. 4. Sc. radix סָחַר in origine habet notionem *circumdandi* et *ambiendi.* (Vide tamen, an scribendum sit περιφέρεια, i. q. κύκλος, teste Hesychio. סָחַר enim proprie i. q. סָבַב. Et Aquilam hoc spectasse nullus dubito. K.)

c ΠΕΡΙ'ΦΡΑΓΜΑ, *circumseptio, circumvallatio,* item: *septum, quo aliquid circumdatur.* חָנָה, *castrametor.* Theodot. Ies. XXIX. 1. — קִיר, *paries.* Symmach. Ez. XLVI. 23. — מָצוֹר, *munitio.* Inc. Mich. VII. 12. — סֻכָּה, *latibulum.* Inc. Ps. IX. 9. ubi περιφράγματα notat *loca occulta, quæ ramis arborum ac frutetis contexta sunt, speluncas, e* d *quibus leo insidiatur.*

ΠΕΡΙΦΡΑ'ΚΤΙΣΜΑ, idem. גֹּדֵר part. *sepiens.* Aqu. Ies. LVIII. 12. περιφράκτισμα χολῆς, quod Hieronymus secundum sensum interpretans reddit: *qui se opponit Dei iracundiæ sævienti.* Vid. Drusius ad h. l. Legit גָּדֵר. Vide s. περίφραξις.

*ΠΕΡΙ'ΦΡΑΚΤΟΣ, *circumseptus, circummunitus.* מִבְצָר *munitio.* Sym-e machus Jerem. VI. 27. περίφρακτον sec. ed. Rom.

*ΠΕΡΙ'ΦΡΑΞΙΣ, i. q. περίφραγμα, *septum, quo quid circumdatur, sepes, murus, vallum,* etc. גֹּדֵר part. *sepiens.* Aqu. Ies. LVIII. 12. e conjectura Bahrdtii.

ΠΕΡΙΦΡΑ'ΤΤΩ, *circumsepio, circumvallo, custodio.* גָּדַר, idem. Symmachus Ezech. XIII. 14. περιεφράξατε. Hesych. περιέφραξαν, ἐσκέπασαν, f ἐφύλαξαν. — מִבְצָר, *munitio.* Symm. Ps. CVII. 11. πόλιν περιπεφραγμένην, urbem *munitam.* — מָצוֹר, *munitio.* Symm. Ps. XXX. 22. LIX. 10. — נָצַר, *custodio.* Symm. Ps. LX. 8. Ps. LXIII. 2. περιφράξεις. Idem Ps. XXXIX. 12. περιφρασσέτω με, *circummuniat me,* tanquam custodis latera mea tegentis munere fungens, ac quo quodammodo satellitio g stipans. — סוֹד, *arcanum, consilium.* Symmachus Job. XXIX. 4. Legit בְּסוֹךְ, *cum tegeret* Deus s. *obtegeret* tentorium meum, coll. I. 2. Sic quoque Syrus. Confer supra s. ἐπισκοπή. — *צוּר, *rupes.* Symm. Ps. XCI. 16. ὁ περιφράσσων με. Vide supra ad Ps. XXXIX. 12. — שָׂכַךְ, *obtego.* Job. I. 10. περιέφραξας τὰ ἔσω αὐτοῦ καὶ τὰ ἔξω, *circumvallasti* h interiora ejus et exteriora. Sirac. XXVIII. 27. περίφραξον τὸ κτῆμά σου ἀκάνθαις, *circumsepi* possessionem tuam spinis. Hippocr. de Aëre, Locis, etc. p. 290. 3.

ΠΕΡΙΦΡΟΝΕ'Ω, *circumquaque mentem verto, perpendo, scrutor, investigo.* Sap. I. 1. περιφρονήσατε τοῦ Κυρίου ἐν ἀγαθότητι, καὶ ἐν ἁπλότητι καρδίας ζητήσατε αὐτὸν, *investigate* i Dominum in bonitate, et in simplicitate cordis *quærite* illum. Alias apud Aristophanem etiam περιφρονεῖν *investigare* significat, ubi tamen cum casu quarto construitur. Suidas: περιφρονεῖν, ὑπερφρονεῖν. Ἀριστοφάνης δέ· Περιφρόνει τὰ πράγματα, ἀντὶ τοῦ ἐρεύνα, ἀναζήτει. In notione *contemnendi* legitur 4 Macc. VI. 8.

ΠΕΡΙΦΡΥ'ΣΣΩ, *circumtorreo.* שָׁזַף, *adspicio.* Theodot. Cant. I. 5. περιέφρυξεν. Sermo ibi est de radiis solis decolorantibus et adurentibus.

*ΠΕΡΙ'ΦΡΩΝ, *valde prudens et*

a sapiens (nam περὶ auget notionem. Homer. Iliad. Ε', 412.), it. contemtor. 4 Macc. VIII. 27. περίφρονες τῶν παθῶν, dolores parvi pendebant. Photius Lex. περίφρων, περισσόφρων. Hesych. περίφρων, σωφρονέστατος, ἢ περισσῶς φρονῶν, συνετώτατος. Suidas: περιφρονεῖν, ὑπερφρονεῖν.

ΠΕΡΙΦΥ'ΟΜΑΙ, circumnascor, adnascor, adhæreo. נֶעֱלָסָה part.
b Niph. fœm. ab עָלַס, exultabunda. Symm. Job. XXXIX. 13. περιφύεται. Cappello in Crit. S. p. 822. legisse videtur נַעֲלָה, omisso Samech, ut alæ aut plumæ in avibus dicantur ascendere, cum φύονται, h. e. nascuntur. Dubitat tamen de hac conjectura Scharfenbergius, qui περιφύεται explicat complectitur. Aquila συνκαταπλέκει. Sed totus locus mihi
c adhuc magna obscuritate laborare videtur.

*ΠΕΡΙΦΥΤΕΥ'Ω, obsero, consero, circa planto. 4 Macc. II. 21. περιφύτευσε, inseruit. Sed mallem ibi περιφύτευσε cum λόγῳ construere.

*ΠΕΡΙΧΑΛΑ'Ω, dissolvo, relaxo. 4 Macc. VII. 13. περικεχαλασμένων τῶν σαρκῶν, victa carne.

ΠΕΡΙΧΑΛΚΟ'Ω, ære obduco. צִפָּה
d Pihel, obtego. Exod. XXVII. 6. XXXVIII. 6. Utrobique autem in textu Hebr. sequitur נְחֹשֶׁת, æs.

ΠΕΡΙΧΑΡΑΚΟ'Ω, circumvallo, aggere et vallo cingo. חָנָה, castrametor. Jer. LII. 1. — סַלְסֵל, extollo. Prov. IV. 8. περιχαράκωσον αὐτήν. Admodum alienam esse hanc versionem ab h. l., judicat Jaegerus ad h. l., cum nec de obsessione et
e oppugnatione, nec de munitione ac defensione sermo esse possit. Mavult itaque reddere: sapientiam tanquam aggerem tibi circumfunde, ut σεαυτῷ post αὐτὴν omissum sit, h. e. sit tibi sapientia munimentum certissimum. Proprie scribere debuissent περιχαράκωσαί σοι.

ΠΕΡΙΧΑΡΑ'ΣΣΩ, circumscribo. הִתְחַקֶּר Hithp. imprimor. Hebr. Int. Job: XIII. 27. περιχαράττεις, f circumscribis, h. e. diligenter consideras ac observas: quæ interpretatio bene convenit Hebr. חָקַר, investigare, perscrutari, explorare. Veteres interpretes Hebr. vertunt: imprimetur, sc. compes. Quæ versio si admittatur, Hebræus interpres fortasse scripsit περιχαράσσει, circumscribit, sc. pedes meos, quod bene convenit compedibus. Sed receptam g lectionem tuetur Vulgatus, qui Symmachi verba sic expressit: et vestigia pedum meorum considerasti. Adde Schol. Aristoph. Thesm. v. 788.

ΠΕΡΙΧΑΡΗ'Σ, proprie: circumquaque lætus, h. e. supra modum lætus, nimio gaudio elatus, a περιχαίρω, supra modum lætor. שָׂמֵחַ אֱלֵי גִיל, lætus ad exultationem usque. Job. h III. 22. Adde 3 Macc. V. 44. Cf. loca ex Isocrate, Aristotele, Plutarcho allata C. H. Langio Obs. SS. p. 256. Hesych. περιχαρὴς, χαιρόμενος.

ΠΕΡΙΧΑΡΗ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, summopere lætor. נָטַף, stillo, destillo. Job. XXIX. 22. περιχαρεῖς ἐγίνοντο, ὁπόταν αὐτοῖς ἐλάλουν. Ita nempe putarunt quoad sensum explicanda i esse, quæ in Hebr. de stillante aut de fluente oratione dicta sunt.

ΠΕΡΙΧΕ'Ω, circumfundo. זָרַק, spargo. 1 Paral. XXIX. 22.

ΠΕΡΙ'ΧΡΥΣΟΣ, deauratus, inauratus, auro obductus. *זָהָב, aurum. Esth. I. 6. sec. Vet. Arund. Adde Ep. Jerem. v. 6. et 34. Athen. XII. 538. D.

ΠΕΡΙΧΡΥΣΟ'Ω, deauro, auro ob- k duco et quasi circumvestio. אֲפֻדַּת זָהָב, amictus auri. Ies. XXX. 22. — צִפָּה זָהָב Pih. obtego auro. 1 Reg. X. 18. — רָקַע, expando. Ies. XL. 19. In textu Hebr. legitur

a רָקַע בְּזָהָב, *expando in auro.* Herodot. IV. p. 242. 21.

ΠΕΡΙΧΥ´Ω, *circumfundo, offundo.* אָפַף, *circumdo.* Jon. II. 6. περιεχύθη μοι ὕδωρ ἕως ψυχῆς μου. — יָצוּק, *fusum.* Symm. Job. XLI. 15. περικεχυμέναι. Judith. XIII. 8. ἦν γὰρ περικεχυμένος αὐτῷ ὁ οἶνος, erat enim illi circumfusum vinum, h. e. vino plane obrutus erat. 2 Macc. III.
b 17. περιεκέχυτο γὰρ περὶ τὸν ἄνδρα δέος, circumfusa enim erat circa virum formido. Ib. v. 27. πολλῷ σκότει περιχυθέντα, multa caligine circumfusum. Confer Homer. Iliad. Ε'. v. 776. περὶ δ' ἠέρ' ἔχευεν.

*ΠΕΡΙΧΩΡΙ´ΟΝ. שַׁבְּלוּל, *limax, cochlea.* Symm. sec. Eusebium Ps. LVIII. 9. ὡς περιχωρίον διαλυθέν. Drusius legit ὡσπερεὶ χορίον. Vide
c infra s. v. χορίον. Sed *secundinæ mulieris parturientis* commode quoque περιχόριον vel περιχορίον, etiam περίχωρον dici possunt.

ΠΕΡΙ´ΧΩΡΟΣ, *circumjacens*, et ἡ περίχωρος, sc. γῆ vel χώρα, et τὸ περίχωρον, sc. χωρίον, *circumjacens regio.* חֶבֶל, *funiculus.* Deut. III. 4. 13. 14. — כִּכָּר, *planities.* Genes. XIX. 25. (ubi περίχωρον in περίοικον mutan-
d dum est auctoritate Justini M. Dial. c. Tryph. Jud. p. 152. et 154., ut quoque legitur in Ald. et Alex. Significatione quidem hæ voces non differunt, negari tamen nequit, περίοικον rarius hoc sensu occurrere.) 28. τῆς γῆς τῆς περιχώρου, regionis circumjacentis. 2 Par. IV. 17. Neh. XII. 28. — כִּכַּר בִּקְעָה, *planities convallis.* Deut. XXXIV.
e 3. — מִגְרָשׁ, *suburbium.* 1 Par. V. 16. — מִסְכְּנוֹת עָרִים, *promptuaria urbium.* 2 Par. XVI. 4. — *מַקְנֶה, *zelare faciens.* Inc. Ezech. VIII. 3. περιχόρου. Num legendum περιχώρου? aut, quod mallem, περιχόλου? — פֶּלֶךְ, *tractus.* Neh. III. 9. 12. 14. — שְׁאָר מְדִינוֹת, *residuum provinciarum,* h. e. *reliquæ provinciæ.* Esth. IX. 12.

ΠΕΡΙ´ΨΗΜΑ, *sordes, ramentum,* f
retrimentum, scobs, it. *lustramentum, piacularis victima.* עָצָב, *simulacrum.* Symm. Jer. XXII. 28. μὴ περίψημα φαῦλον καὶ ἀπόβλητον ὁ ἄνθρωπος; nonne retrimentum vile et rejectamentum homo ille? Ita interpretatus est ex Arabismo, nam *quisquiliæ* Arabibus خضاب dicuntur. Tob. V. 24. ἀργύριον περίψημα τοῦ παιδίου ἡμῶν γένοιτο, argentum g
fiat quasi *piaculum* filii nostri, h. e. *pro vita et salute filii nostri rejectum et neglectum sit.* Paulo aliter Steph. le Moyne Obss. ad Varia Sacra p. 582. Phavorinus: περίψημα, τὸ ἀποῤῥιπτόμενον σκύβαλον, ὡς περιττόν. Mich. Apostolius Cent. XVI. 3. λέγεται καὶ περίψημα τὸ καταπάτημα πάντων ὑπὸ τὰ ἴχνη, ἢ ἔμπαγμα. Lex. Cyrilli MS. Brem. περίψημα (MS. male περίψειμα), κατάμαγμα, ἀντίψυχον, ὑπὸ τὰ ἴχνη πάντων. Hesych. περίψημα, h
περικατάμαγμα, ἀντίλυτρα, ἀντίψυχα (leg. e Lex. Cyrilli MS. ἀντίλυτρον, ἀντίψυχον), ἢ ὑπὸ τὰ ἴχνη πάντων. Gloss. in N. T. ab Albertio editum: περίψημα ὑπὸ τὰ ἴχνη πατούμενον. Etymologicum ineditum: Περίψημα, καταπάτημα, ὑπὸ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν. Suidas: περίψημα, κάταγμα (lege κατάμαγμα), ἢ ὑπὸ τὰ ἴχνη. ἀπολύτρωσις. οὕτως ἐπέλεγον τῷ κατ' ἐνιαυτὸν συνέχοντι τῶν κακῶν· περίψημα ἡμῶν γένου, ἤτοι σωτηρία, καὶ ἀπολύτρωσις. καὶ i
οὕτως ἐνέβαλλον τῇ θαλάσσῃ, ὡσανεὶ τῷ Ποσειδῶνι θυσίαν ἀποτιννύντες. Vox derivatur a verbo περιψάω, quod notat *circumquaque abstergo, defrico,* vel *detergo,* atque adeo primo significat *id quod derasione vel detersione detrahitur s. deducitur,* vel *sordes et purgamenta, defricando, deradendo vel detergendo detracta.* Unde in Gloss. etiam exponitur *scobs.* Metaphorice autem sumitur pro *re* vel *homine vili et abjecto,* qui ab om-

a nibus spernitur, et quia homines abjecti, qui ab omnibus pro nihilo habebantur, aliorum loco mactabantur, ad mala ab aliis quasi περιψᾶν, *abstergenda et avertenda*, hinc tales homines, qui piaculi loco erant, περιψήματα etiam sunt dicti. Confer Lex. N. T. s. h. v.

*ΠΕΡΙΨΗ'ΧΩ, proprie *strigili utor*, et maxime de equis adhibetur, sed b deinde ex adjuncto, teste Camerario, ad *increpationes* et *castigationes hominum* transfertur, uti in l. vernacula *strigilis* vocabulo ad *vehementiores increpationes* indicandas uti solemus. Sirac. XXX. 7. περιψήχων υἱὸν καταδεσμεύσει τραύματα αὐτοῦ, qui *durius* interdum *tractat* filium, obligabit vulnera ejus, h. e. *medelam ei afferet*, seu: *sanabit eum*. c Ita ed. Compl. habet, ac ob seriem orationis necessario legendum est, non autem cum cod. Vat., Syro et Arabe περιψύχων, nec cum Ed. Ald. et Vulg. divisim περὶ ψυχῶν.

*ΠΕΡΙ'ΨΥΧΟΣ. יָחִיד. Jud. XI. 34. sec. cod. Oxon. Hesychius: περιψύκτης (sive potius, ut legendum censeo, περίψυχος), περιπόθητος, ἐκ ψυχῆς ὅλης ἀγαπώμενος. Inc. ibi pro d יְחִידָה habet ποθητή. (Περίψυχος vocabulum nihili. Nam apud Eratosth. 2. in Brunckii Anal. I. pag. 477. pro περίψυχος scribendum περίψυχρος. Illud typographi neglegentiæ tribuendum videtur. Quamobrem Jud. l. l. περίψυκτος legerim ex Hesychii glossa eodem modo emendanda. K.)

ΠΕΡΙΨΥ'ΧΩ, *amore complector*, e *valde amo*. Sir. XXX. 7. περιψύχων υἱὸν, *qui amore complectitur filium*, aut *refocillans*, *refrigerans filium suum*. Sic enim legitur in Cod. Vat. et Alex., sed ex meo sensu vitiose: nam lectionem περιψήχων postulat omnis orationis series. Sermo enim est in omni priori capitis parte de *dura et severa educatione liberis adhibenda*. Cæterum voce περιψύχω utitur etiam Alciphron L. I. Ep. 39. p. 186. ubi Megara ad f Bacchidem: Σὺ δὲ ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες: tu vero nobis sola Adonin *amore complexa es*. Ibid. in fin. τὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις, Adonin, quem nunc *amore complecteris*. Inde ortum fortasse duxit περιψύκτης, qui juxta Hesychium est περιπόθητος, ἐκ ψυχῆς ὅλης ἀγαπώμενος. Confer Bergleri Not. ad Alciphr. Lib. III. Ep. 59. T. II. p. 181. g

ΠΕΡΚΑ'ΖΩ, *nigresco, nigris distingui maculis incipio, maturesco*, et speciatim adhibetur de uvis, quando colorem mutant et maturescere incipiunt. דֹּרֵךְ part. *calcans*. Amos IX. 13. περκάσει σταφυλὴ, maturescet uva. Legerunt דָּרַךְ, *processit*, quod commode ad *maturitatem* transferri potest. Certe Arabicum درك inter alia notat: *ad maturitatem pervenit fructus*. — h בָּחַל, *fastidio, nauseo*. Aquila Zach. XI. 8. ἐπέρκασεν, *maturuit*. Ex significatione radicis Chald. s. Talmud. בחל, *maturescere cœpit*, unde בֹּחַל, *res quævis nondum plane matura*, unde quoque Symmachus h. l. ἀκμάζειν posuit. Vide et Sir. LI. 20. Hes. περκάζει, μελανίζει, ποικίλλει, ἢ πεπαίνεται. Zonaras Lex. 1543. περκάζει, ὡριμάζει, ubi vid. i Tittmannus.

ΠΕΡΚΝΟ'Σ, *niger, nigris distinctus maculis, varius*. טָלוּא, *versicolor, maculosus*. Genes. XXX. 32. Breit. Sed vide s. v. πέρκος. Photius: περκνὸς, μέλας. Adde Etymol. Gudianum 462. 52.

ΠΕ'ΡΚΟΣ, *nigris maculis variegatus*. טָלוּא, *versicolor, maculosus*. Inc. Genes. XXX. 32. Sed potest k quoque hæc vox ad sequens חוּם referri. Vide ad h. l. Montfauconium.

ΠΕΡΟ'ΝΗ, *fibula, paxillus* s. *clavus ligneus*, a πείρω, *transadigo*, quia per foramen transadigitur. מוֹקֵשׁ, *laqueus*. Symm. Job. XL. 20. —

a קְרָסִים, *uncini*. Symmach. Exod. XXXV. 11. Suidas: περόνη, πόρπη.

*ΠΕ'ΡΣΗΣ, *Persa*. מָדַי, *Medus*. Jerem. XXV. 25. Nempe Persæ et Medi sunt vicini.

ΠΕ'ΣΣΩ, *pinso, coquo panes*, idem quod πέπτω, unde etiam deducitur. אָפָה, idem. Aqu. Gen. XL. 1. ὁ πέσσων, *magister cocorum*, qui v. 2. dicitur שַׂר הָאוֹפִים. Cocos au-
b tem et pistores quondam eosdem homines fuisse, Festi auctoritate constat. Versio Quinta Hos. VII. 4. Aqu. Hos. VII. 6. (ubi Waltonus vitiose πισῶν excudi jussit). Adde LXX Ex. XVI. 23. 1 Sam. VIII. 13. Jer. XXXVII. 20. Gloss. in Octat. πέσσε, πέττε, ἀρτοποιεῖ ὀπτᾷ. Distingue et scribe ita: ἀρτοποιεῖ, ὀπτᾷ.

c *ΕΝ ΣΠΟΔΙΑ" ΠΕΣΣΟ'ΜΕΝΟΣ "ΑΡΤΟΣ, *panis subcinericius*. עֻגָה, *placenta cocta, panis subcinericius*. Ed. Quinta Hos. VII. 8.

ΠΕΤΑ'ΖΩ, ΠΕΤΑ'Ω et ΠΕΤΑ'ΝΝΥΜΙ, *expando, extendo*. פָּרַח *effloreo*. Aqu. Exod. IX. 9. πεταζόμεναι, ubi vulgo vertitur *volaticæ*, quasi esset πετόμεναι: sed melius *expansæ*. — *רָפַף, *palpito, motito alas*.
d Job. XXVI. 11. ἐπετάσθησαν, *expansæ sunt*. Sermo ibi est de montibus, qui ex poëtica loquendi ratione *columnæ cœli* (Nah. I. 5.) dicuntur. Jam quando hi concutiuntur, aut, uti Vulgatus expressit, *contremiscunt*, nempe commotione terræ, tunc disrumpuntur, et magni in illis hiatus efficiuntur, ut satis notum est, quod bene a LXX exprimi po-
e terat ἐπετάσθησαν. Edit. Ald. habet διεπετάσθησαν. — פָּרַשׂ, *expando*. Theod. Job. XI. 13. ἐπέτασας. Fortasse scripsit ἐξεπέτασας.

ΠΕ'ΤΑΛΟΝ, *folium*, proprie *quod est in amplitudinem expansum* (Hom. Iliad. Β', 312.), item *lamina folii specie* vel *tenuis instar folii, bractea*. נֵזֶר, *corona*. Exod. XXIX. 6. — פַּח. Exod. XXXIX. 3. ubi *laquei auri* sunt *bracteæ aureæ*. — צִיץ, *bractea, lamina splendens*. Exod. XXVIII. 32. XXXIX. 30. Levit. VIII. 9. πέταλον χρυσοῦν, laminam auream. Sic et per πέταλον χρυσοῦν, quod ex Dianæ corona ceciderat juxta Ælianum V. H. Lib. V. c. 16., Perizonius intelligit *folium aureum*, s. *laminam folii specie*. Confer et Braunium de Vestitu Sacerd. Hebr. Lib. II. cap. 22. §. 661., ubi inter alia Plinium Lib. XXI. c. 2. tradere observat, coronas datas fuisse *e lamina ærea tenui inaurata, aut inargentata*, et ex ejusdem Lib. XXI. cap. 3. hæc verba adducit: *Crassus dives primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit*. 1 Reg. VI. 18. 28. 34. διαπεπετασμένα πέταλα, *expansa* folia. — Præterea legitur 1 Reg. VI. 31. ubi tamen judice Montfauconio in Lex. Gr. s. h. v. dubium, an vox פְּטוּר exprimatur.

ΠΕ'ΤΑΜΑΙ, ΠΕΤΑ'ΟΜΑΙ, *volo, volito*. דָּאָה, *perniciter volo*. Psalm. XVII. 12. — עוֹפֵף : עוּף, Kal et Pih. Inc. et LXX Job. V. 7. Psalm. XVII. 12. LIV. 6. Ies. XI. 14. πετασθήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων, volabunt in navibus alienigenarum. Sic poëtæ naves *volare* dicunt, et vela *alas* vocant. Vide Bibl. Brem. Class. VI. p. 305. seq. Apud Homerum Il. Ν', 29. hæc vox de equis Neptuni adhibetur, qui rapido cursu vehebantur. Adde Aqu. Symm. Theod. Ies. VI. 6. Symm. Ps. LIV. 7. ubi pro πετασθῆναι καὶ ἱδρασθῆναι ex Eusebii Comm. ad h. l. p. 240. reponendum est: καὶ πετασθήσομαι, ἢ καὶ ἱδρασθήσομαι. — עוּף et נָדַד, junctim, *volo, vagor*. Prov. XXVI. 2.

ΠΕ'ΤΑΣΟΣ, *petasus, galerus* (*sic dictus, quod latos haberet margines*),

occasionem quæro, fingo causas, prætexo, prætendo. הִתְאַנָּה Hithp. *occasionem quæro.* 2 Reg. V. 7. προφασίζεται οὗτός με, *occasionem* hic in me *quærit,* nempe *bello invadendi me.* — הִתְעוֹלֵל Hithp. *factito* vel *occupatum me gero.* Psalm. CXL. 4.

a τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ταῖς ἁμαρτίαις, ut occasiones *quæram* ad peccata.

ΠΡΟ'ΦΑΣΙΣ, *causa, prætextus, occasio.* אָלָה, *execratio.* Hos. X. 4. προφάσεις ψευδεῖς, falsos *prætextus.* Eodem sensu vox passim legitur apud Polybium. Vide Raphelii Annotatt. Polyb. ad Phil. I. 18. p. 552. Cæterum Hos. l. l. LXX
b aliis אדות, aliis vero עלות legisse videntur. Vulg. *verba visionis inutilis.* Suspicatur Bahrdtius, vocem *visionis* ortam esse ex varia lectione, nempe ὁράσεις pro προφάσεις, nisi omnino pro *visionis* rescribendum sit *rationis.* — עִלָּה Chald. Dan. VI. 5. οὐχ εὑρήσομεν κατὰ Δανιὴλ πρόφασιν, non inveniemus *causam* adversus Danielem. Vide et Dan. VI. 4. —
c עֲלִילָה. Psalm. CXL. 4. Symm. 1 Sam. II. 3. — *תֹּאֲנָה, *occasio semet offerens.* Aqu. Jud. XIV. 5. *prætextus s. occasio se ulciscendi.* — תַּאֲוָה, *desiderium.* Prov. XVIII. 1. προφάσεις ζητεῖ, *occasiones quærit.* Errantes in literis נ et ו, quæ sunt affines (ut censuit Drusius Ep. 84.), legerunt תֹּאֲנָה cum Vulg. et Arabe sec. Cappellum Crit. S. p. 604. He-
d sych. πρόφασις, αἰτία, ἀφορμή.

ΠΡΟΦΑΣΙΣΤΙΚΟ'Σ, *qui speciem vel prætextum habet.* עֲלִילָה, *occasio, prætextus.* Deut. XXII. 14. ἐπιθῇ αὐτῇ προφασιστικοὺς λόγους, imponat illi res, quæ prætextum vel speciem habent. Sermo ibi est de iis, qui criminationibus speciosis famam puellæ lædunt. Vulg. *occasiones.*

ΠΡΟΦΕ'ΡΩ, *profero.* *הוֹצִיא
e Hiph. a יָצָא, *educo.* Symm. Psalm. CXXXIV. 7.—מָצָא, *invenio.* Prov. X. 14. Libere verterunt. Προφέρεσθαι ἑαυτὸν, *progredi, ulterius procedere.* 3 Macc. I. 12. οὐδαμῶς ἀπέλιπε προφερόμενος ἑαυτὸν, non destitit *progredi.* Tob. IX. 6. *in medium proferre, apportare.* Interdum, ut Latinum *proferre,* de sermone usurpatur, et est *dicere.* 3 Maccab. VII. 11. et V. 39. Sed judice Bretsch- f
neidero in utroque loco verti quoque potest *exprobrare, objicere,* de qua notione vide Reiskii Ind. Demosthen. Hesych. πρόφερε, ὀνείδιζε.

ΠΡΟΦΗΤΕΙ'Α, *prophetia, vaticinium, prædictio.* חָזוֹן, *visio.* 2 Par. XXXII. 32. Dan. XI. 14. sec. Chis. — נְבוּאָה. 2 Par. XV. 8. Esdr. VI. 14. — נְבִיאַיָּא Chald. plur. *prophetæ.* Esdr. V. 1. Adde Prolog. Sir. g
ubi αἱ προφητεῖαι sunt *libri a prophetis scripti.* Sir. XXIV. 33. ὡς προφητείαν, tanquam *oraculum divinum.*

ΠΡΟΦΗΤΕΥ'Ω, *propheto, vaticinor, prophetam s. divinum legatum me gero,* et ex adjuncto, *miracula patro.* הָלַךְ, *eo, ambulo.* Ez. XIII. 3. τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, qui suas opiniones vaticinantur, s. proferunt. Bene quoad sensum. h
Lectio πορευομένοις, quam alii libri habent, est mera emendatio ad textum Hebr.—נִבָּא : הִתְנַבֵּא, Niph. et Hithp. Num. XI. 25. 27. 1 Sam. X. 5. et alibi sæpius. — נָבִיא, *propheta.* Jerem. XXIII. 26. Symm. 1 Par. XXV. 3. Sir. XLVIII. 14. ubi de Elia, qui in sepulcro jam jacens hominem mortuum in vitam revocaverat, dicitur: ἐν κοιμήσει προεφήτευσε τὸ σῶμα αὐτοῦ, coll. v. 15. ἐν i
τῇ τελευτῇ αὐτοῦ θαυμάσια ἔργα ἐποίησε. Syrus: *in morte sua mortuum vivificavit.*

ΠΡΟΦΗ'ΤΗΣ, *propheta, vates.* זָקֵן, *senex.* Thren. IV. 16. ubi tamen pro προφήτας sec. ed. Rom. legendum esse πρεσβύτας e Cod. Alex. et Compl. censuerunt Cappellus in Crit. S. p. 679. et Scharfenbergius. Mihi vero προφήτας vera lectio esse videtur ob antecedens ἱερέων, et πρεσβύτας emendationi ad textum Hebr. ortum suum debere. — חֹזֶה part.

a *videns.* 2 Par. XIX. 2. XXIX. 30. XXXV. 15. — *חָסִיד. Ed. Sexta Psalm. LXXXVIII. 20. Prophetæ etiam in aliis SS. locis *sancti Dei* dicuntur. — מַלְאָךְ, *nuncius.* 2 Par. XXXVI. 15. — נָבָא part. Niph. *prophetans.* 1 Par. XXV. 2. Jerem. XXVI. 18. — נָבִיא. Exod. VII. 1. Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ἔσται προφήτης σου, Aaron frater tuus erit *interpres* tuus.
b Hic Aaron dicitur propheta Mosis, quod Moses, tanquam Deus per prophetas, ita per illum et os ejus ad populum loqueretur. Inde verba adducta Kimchius bene explicat ex Exod. IV. 16. *Aaron tibi erit vice oris.* Conf. Jer. XV. 19. Sic poëtæ gentilium, qui τὰ πάντα ἐκ Μουσῶν, ut loquitur Eustathius ad Il. Α', p. 8. ed. Bas. cognoscere, et per quos
c Musæ loqui credebantur, quique propterea στόματα Μουσῶν (confer notata in v. στόμα) dici solebant, *prophetæ Musarum* inde etiam nuncupati sunt. Himerius Orat. de Imper. Adventu in Urb. c. 6. ἐκμαίνεις δ' ἀντὶ μὲν Βάκχων τὰ καὶ Σατύρων τοὺς Μουσῶν τε καὶ Ἑρμοῦ προφήτας. Unde lucem accipit illud Pindari: Μάντευε Μοῦσα, προφητεύσω δ'
d ἐγώ. Conf. et auctores citatos Wolfio ad Tit. I. 12. p. 554. Sic et Cadmus apud Euripidem Bacch. v. 794. cum verba Tiresiæ se elocuturum esse promittit, hoc ita exprimit: Ἐπεὶ σὺ φέγγος, Τειρεσία, τόδ' οὐχ ὁρᾷς, Ἐγὼ προφήτης σοι λόγων γενήσομαι. Jerem. XXIII. 9. ubi ἐν τοῖς προφήταις conjungendum est cum sequentibus: *cor meum contritum est,*
e *ob prophetas falsos scilicet.* — נְבִיאָה Chald. Esdr. V. 1. 2. — נְבִיאָה Hebr. fœm. *prophetissa.* Nehem. VI. 14. Apud GG. scriptores quoque προφήτης de *fœmina* adhibetur, ut exemplis docuit Lobeck. ad Sophocl. Ajac. p. 275. et 443. — רֹאֶה part. *videns.* 1 Paral. XXVI. 28. 2 Paral. XVI. 7. 10. Tob. IV. 12. προφήτης dicitur, *quicunque cum Deo arctius est conjunctus,* aut *qui Deus* f *favet, amicus Dei,* unde ibi *Patriarchæ* Abraham, etc. προφῆται appellantur. Conf. Act. III. 25.

ΠΡΟΦΗ˜ΤΙΣ, *prophetissa.* נְבִיאָה, idem. Exod. XV. 20. Jud. IV. 4. 2 Reg. XXII. 14. et alibi.

ΠΡΟΦΘΑ'ΝΩ, *prævenio, præverto, anteverto, anticipo.* קָדַם Pih. 2 Sam. XXII. 6. 19. 2 Reg. XIX. 32. Jon. IV. 3. Aqu. Symm. Theod. Psalm. g XVI. 14. — קוּם, *surgo.* 1 Sam. XX. 24. Bielio ac Trommio legisse videntur קָדַם. Mihi autem potius προφθάνειν significare videtur *prævenire surgendo, prius surgere,* quam notionem ab h. l. non alienam esse series orationis docet. — רוּץ, *curro.* Psalm. LXVII. 34. Αἰθιοπία προφθάσει (scil. τοῦ δοῦναι) χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ, Æthiopia *præveniet,* ut manum h suam det Deo. Symmachus habet προφθάσει διδοῦσα χεῖρα κ. τ. λ. Vide et 1 Macc. X. 4. 23.

ΠΡΟΦΥΛΑΚΗ', *observatio, custodia, vigiliæ, excubiæ.* מִשְׁמָר. Neh. IV. 22. 23. — שִׁמֻּרִים plur. Exod. XII. 41. νυκτὸς προφυλακή ἐστι τῷ Κυρίῳ, noctis *custodia* est Domino. Ib. v. 42. ἐκείνη ἡ νὺξ αὕτη προφυλακὴ Κυρίῳ, illa nox ipsa custodia Domi- i no. Suidas: προφυλακὴ τῷ κυρίῳ. εἰς τέσσαρας φυλακὰς διαιρεῖται ἡ νύξ. ἑκάστη δὲ ἔχει ὥρας τρεῖς. In Lex. Cyrilli MS. Brem. vitiose legitur προφυλακτή, ac iisdem fere verbis, quibus apud Suidam exponitur. Judith. VII. 12. εἰς προφυλακήν, ad custodiam. Judith. X. 12. προφυλακὴ τῶν Ἀσσυρίων, *excubiæ* Assyriorum, s. *qui extra castra excubant, ut, si quid* k *periculi intellegant, id nuncient,* Lat. *procubitores, excubitores,* coll. ib. XIV. 3.

ΠΡΟΦΥ'ΛΑΞ, *excubitor, qui excubias agit.* מִשְׁמָר, *custodia.* Neh. IV. 9. VII. 3. — סֹכֵךְ part. *prote-*

a *gens*. Nahum. II. 5. Num legerunt סֹכְּים a Chald. סְכָא, *speculatus est?* Sed προφύλαξ est etiam *præsidiarius*, quemadmodum προφυλακὴ *propugnaculum*. Vide et 1 Maccab. XII. 27.

ΠΡΟΦΥΛΑ'ΣΣΩ, *ante excubo, pro statione excubias ago, præservo, custodio, cautum reddo.* הִשְׁתַּמֵּר Hithp. 2 Sam. XXII. 24. — הִזְהִיר Hiph.
b *præmoneo*. Symm. Ezech. III. 17. προφυλάξῃς αὐτοὺς παρ' ἐμοῦ, et *cautos* eos *reddideris* a me. Idem ib. v. 20.

*ΠΡΟΧΑΛΑ'ΟΜΑΙ, *laxo, demitto.* 4 Maccab. X. 19. προκεχάλασται ἡ γλῶσσα, *prominet* lingua, ubi alii κεχάλασται. Adde Aretæum p. 124. 36. προχαλάσαντα.

ΠΡΟΧΕΙΡΙ'ΖΩ et med. ΠΡΟΧΕΙ-
c ΡΙ'ΖΟΜΑΙ, *deligo, designo.* לָקַח, *accipio*. Jos. III. 12. προχειρίσασθε ὑμῖν δώδεκα ἄνδρας, *deligite* vobis undecim viros. — נָסַךְ, *inungo*. Theodot. Prov. VIII. 23. πρὸ αἰῶνος προκεχείρισμαι, ante sæcula *ordinata* vel *parata sum*. Non ignoro quidem, nonnullos ingeniose conjecisse, eliso ει, reponendum esse e Ps. II. 6. προκέχρισμαι, *uncta sum*, ut cum lec-
d tione Hebræa concilietur. Sed mihi hac conjectura non opus esse videtur, quia *unctio* olim erat symbolum *inaugurationis*. Hesych. προκεχειρισμένον, προβεβλημένον, ἡτοιμασμένον. Sic enim legendum videtur pro ἠτιμασμένον. — שָׁלַח, *mitto*. Exod. IV. 13. προχείρισαι ἄλλον, *designa* alium. Lex. Cyrilli MS. Brem. προχείρισαι, προβαλοῦ (Eadem quoque habet Zonaras
e Lex. 1587.), ἐπίλεξαι. Legitur præterea Dan. III. 22. οἱ ἄνδρες οἱ προχειρισθέντες, quibus verbis nihil respondet in textu Hebr. 2 Maccab. III. 7. ὁ δὲ προχειρισάμενος Ἡλιόδωρον τὸν ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἀπέστειλεν, *deligens* autem Heliodorum, qui erat super negotia ipsius, mittebat illum. Vide et 2 Macc. VIII. 9. Ita Dionys. Hal. Antiqu. Rom. Lib. VI. p. 377. καὶ μετὰ ταῦτα προχειρισα- f μένη τοὺς ἐπιτηδειοτάτους διεπέμψατο πρὸς τοὺς ἐπὶ τοῦ χάρακος. Idem Lib. IV. p. 259. ὁ δὲ Ταρκύνιος τῶν ἀστῶν ἄνδρας ἐπιφανεῖς δύο προχειρισάμενος — ἐκείνοις παρέδωκε τὴν τῶν βιβλίων φυλακήν. Conf. Act. XXII. 14. et ad h. l. Raphelii Annotatt. ex Polybio p. 387.

ΠΡΟ'ΧΕΙΡΟΣ, *paratus, facilis.* Prov. XI. 3. πρόχειρος δὲ γίνεται καὶ g ἐπίχαρτος ἀσεβῶν ἀπώλεια, *facilis* autem fit et jucunda impiorum pernicies. Verba hæc Jaegero videntur manifeste exhibere extremum v. 10. בַּאֲבֹד רְשָׁעִים רִנָּה, *in pereundo impios ovatio.* Hesych. πρόχειρος, ἕτοιμος, εὐχερής.

ΠΡΟΧΡΑ'ΟΜΑΙ, *utor*. Esth. XVI. 17. μὴ προχρησάμενοι τοῖς γράμμασι, *si non usi fueritis literis*, h. e. *si earum* i *auctoritatem non secuti fueritis.*

ΠΡΟ'ΧΩΜΑ, *agger, terra aggesta.* סֹלְלָה, idem. 2 Sam. XX. 15.

*ΠΡΟΧΩΡΕ'Ω, *procedo, progredior.* נָפַל, *cado*. 2 Reg. XXV. 11. sec. Compl. τοὺς προκεχωρηκότας τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, qui transfugerunt ad regem Babyloniæ. Fortasse ibi legendum est προσκεχωρηκότας. Cæterum נָפַל partim simpliciter i positum, partim cum עַל constructum *transfugere* notare ex hoc loco luculenter apparet.

ΠΡΟΧΩ'ΡΗΜΑ, *id quod succedit s. successit*, item: *excrementum, stercus.* צָפָה part. fœm. a צוּף, *fluens.* Ezech. XXXII. 6.

ΠΡΥ'ΤΑΝΙΣ, *præfectus, rector, administrator, dispensator, custos, tutor.* Sap. XIII. 2. πρυτάνεις κόσμου k θεοὺς ἐνόμισαν, *rectores* mundi Deos putaverunt. Suidas: πρύτανις, διοικητής, προστάτης, φύλαξ, βασιλεύς, ἄρχων, ταμίας, ἔξαρχος. Hesych. πρύτανις, βασιλεύς, ἄρχων, χορηγός, τίμιος, διοικητής. Forte hic pro τίμιος legendum ex Suida ταμίας. In Lex. Cy-

a rilli MS. Brem. inter alia exponitur *ταμείας*, pro quo pariter reponendum *ταμίας*.

ΠΡΩ'ΗΝ, *paulo ante, nuper, non ita pridem.* בָּרִאשֹׁנָה, *in principio.* Jos. VIII. 5. Xenoph. Cyrop. II. 2. 1. Æschin. Socr. III. 12. Lex. Cyrilli MS. Brem. πρώην, τὸ ἀπὸ τρίτης ἡμέρας καὶ ἐπάνω.

ΠΡΩΐ, ΤΟ' ΠΡΩΐ, et ΤΟΠΡΩΐ,
b *mane.* *בָּקָר, *bos.* 1 Sam. XI. 5. Legerunt הַבֹּקֶר, *mane,* admodum incommode. Idem valet de loco 2 Paral. XXXV. 12. — *בִּקֵּר Pih. *inquiro.* 2 Reg. XVI. 15. Hic quoque legerunt בֹּקֶר.—בֹּקֶר. Gen. I. 8. XIX. 27. XX. 8. et alibi sæpius. — נֶשֶׁף, *crepusculum.* Job. VII. 4. — עֲלוֹת שַׁחַר, *ascendere auroram.* Gen. XXXII. 24. — *שָׁבַת. Jer.
c XLVIII. 33. ubi pro הִשְׁבַּתִּי, *cessare faciam,* πρωῒ posuerunt, legentes nempe הַשְׁכֵּם. — תָּמִיד, *jugiter.* Lev. XXIV. 4. — Vide alibi ἀνατέλλω.

*ΕΩΣ ΤΟ' ΠΡΩΐ. בָּהּ שַׁעֲתָא Chald. *in ea hora.* Dan. IV. 30. sec. cod. Chis. — לַבְּקָרִים, *in matutinis.* Job. VII. 18.

ΠΡΩΐ ΠΡΩΐ, ΤΟ' ΠΡΩΐ ΠΡΩΐ,
d et ΤΟΠΡΩΐ ΠΡΩΐ, *mane mane,* h. e. *summo s. primo mane.* בֹּקֶר בֹּקֶר. Exod. XVI. 21. XXX. 7. Lev. VI. 12. — עַד הַבֹּקֶר. Inc. Jud. XIX. 25. τὸ πρωῒ πρωΐ. Sed hæc judice Scharfenbergio referenda sunt ad verba v. 26. לִפְנוֹת הַבֹּקֶר, verum ita, ut ex ed. Ald. rescribatur τὸ πρὸς πρωΐ. Vide eundem ad Cappelli Crit. Sacr. p. 889.

e ΤΟ' ΠΡΟ'Σ ΠΡΩΐ, *ad mane,* h. e. *appetente mane.* לִפְנוֹת בֹּקֶר, *in aspiciendo mane.* Jud. XIX. 26. פָּנָה, si de die sermo est, *illucescere* notat.

ΤΟ' ΠΡΟ'Σ ΠΡΩΐ ΠΡΩΐ, *ad mane mane.* לִפְנוֹת בֹּקֶר, *in aspiciendo mane.* Psalm. XLV. 5. Ad quem locum respiciens Suidas: πρωῒ, πρωΐ. οὕτω Δαβὶδ τὸ ταχὺ καὶ ὀξὺ πρωῒ προσηγόρευσε. Βοήθησον αὐτῇ f
ὁ θεὸς τὸ πρὸς πρωῒ πρωΐ. Sic et apud Hesychium πρώϊον inter alia exponitur ταχύ. Idem: πρώϊα, ταχία. Pariter ὄρθρινον, quod proprie *matutinum* significat, aliquando *celere* denotat. Rursus Hesychius: λημάτων ὀρθρινῶν, θελημάτων ταχινῶν.

ΠΡΩΐΑ, *matutinum tempus.* בֹּקֶר. 2 Sam. XXIII. 4. Psalm. LXIV. 8. Aqu. Ps. XLV. 6. ubi pro τῷ νεῦσαι πρωΐαν sine dubio reponendum est g
τὸ νεῦσαι πρὸς πρωΐαν.

*ΠΡΩΐΑΣ, *mane, diluculo.* לַבְּקָרִים *in matutinis.* Inc. Job. VII. 18. Vulgat. *diluculo.*

ΠΡΩΐΘΕΝ, *a mane, a tempore matutino.* בֹּקֶר. Exod. XVIII. 13. 14. Ruth. II. 7. ubi vel legendum est πρωΐθεν sine ἀπὸ, vel ἀπὸ πρωῒ, ut Compl. habet.

ΠΡΩ'ΪΜΟΣ, *matutinus, præcox.* h
*בַּבֹּקֶר, *in mane.* Symmach. Cohel. XI. 6. — *בְּכוֹר, *primogenitus.* Symmach. Theod. Job. XVIII. 13. *matura mors.* — בִּכּוּרָה, *præcox.* Jer. XXIV. 2. τὰ σῦκα τὰ πρώϊμα, *ficus præcoces.* Theod. Ies. XXVIII. 4. — יוֹרֶה, *pluvia tempestiva.* Deut. XI. 14. Jerem. V. 24. Hos. VI. 3. — מוֹרֶה, idem. Joël. II. 23. Aqu. Psalm. LXXXIII. 8. — רֵאשִׁית, i
initium. Hos. IX. 12. ὡς σῦκον ἐν συκῇ πρώϊμον, ut ficum in ficu præcocem. — שַׁחַר, *aurora.* Ies. LVIII. 8.

ΠΡΩ'ΪΝΟΣ, *matutinus.* בֹּקֶר. Gen. XLIX. 27. Exod. XXIX. 41. Lev. IX. 17. et alibi. — יוֹרֶא. Symm. Prov. XI. 25. πρώϊνος. Bielio legisse videtur יוֹרֶה. Semlerus ac Ernesti conjiciunt, reponendum esse πάρω-

a νος, ut bis מֹרֶדֶת legerit. Idem enim sæpe repetitur, ut cap. XIV. 24. אִוֶּלֶת. Sed utraque conjectura facile supersedere possumus.

ΠΡΩΙΌΘΕΝ, *mane*, i. q. πρωΐθεν. בֹּקֶר. 2 Sam. II. 27. sec. cod. Vat. In Compl. legitur πρωΐθεν.

ΠΡΩΡΕΥ'Σ, *gubernator proræ, qui in prora navem gubernat*. חֹבֵל, *nauclerus*. Ezech. XXVII. 29. —
b רַב הַחֹבֵל, *magister naucleri*. Jon. I. 6.

ΠΡΩΤΑΓΩΝΙΣΤΗ'Σ, *princeps* s. *primus certator* s. *bellator, qui primus est in certamine, qui agmen ducit, in prima acie collocatur*, a πρωταγωνιστεῖν, quod teste Suida est πρῶτον ἀγωνίζεσθαι. 1 Macc. IX. 11. οἱ πρωταγωνισταὶ πάντες οἱ δυνατοί. Vulgatus: *primi certaminis omnes po-*
c *tentes*. In Compl. legitur προαγωνισταί, quod eodem redit. 2 Maccab. XV. 30.

ΠΡΩ'ΤΑΡΧΟΣ, *princeps militiæ, dux primarius*, ex πρῶτος et ἀρχὸς, *princeps*. 2 Macc. X. 11. Substantivum πρωτάρχης legitur apud Manethon. IV. 399.

ΠΡΩΤΕΙ'ΟΣ, *primus*, h. e. *præstantissimus*. אוֹפִיר, *Ophir, Iberia*.
d Symmach. Psalm. XLIV. 11. χρυσῷ πρωτείῳ. Aurum enim Ophiricum pro præstantissimo habebatur. Adde Symmach. Job. XXII. 24. et XXVIII. 16. et infra s. v. χρυσίον. — עֹבֵר part. *transiens*. Symmach. Cant. V. 13. πρωτεῖα. Sc. עָבַר in l. Arab. notat *diligenter examinare aliquid, cujus qualitatis sit*. Est itaque עבר *examinatus*, et ex adjuncto
e *probatus*, unde etiam Aquila per ἀπόλεκτον transtulit, quod vide supra. Vide quoque Simonis Lex. Hebr. s. h. v. n. 3. — רֵאשִׁית. Symm. Ps. LXXVII. 51. πρωτεῖον.

ΠΡΩΤΕΥ'Ω, *primas teneo*. רֹאשָׁה, *caput, capitalis*. Aqu. Zach. IV. 7. πρωτεύον, *primas habens*. Conf. Col. I. 18. 2 Maccab. VI. 18. Ἐλεάζαρός τις τῶν πρωτευόντων γραμματέων, Eleazarus aliquis scribarum, *qui primas* f
tenebant, vel, ut Latinus vertit, *unus de primoribus scribarum*. 2 Maccab. XIII. 15. πρωτεύων τῶν ἐλεφάντων, elephas, qui ætatis aut molis aut virium ratione cæteris præire solet.

ΠΡΩΤΕΥ'ΕΙΝ ΠΟΙΕ'Ω, *primas tenere facio*. גִּדֵּל et נִשֵּׂא Pih. *magnifico, elevo*. Esth. V. 11.

*ΠΡΩ'ΤΙΣΤΟΣ, *primus*. שֹׁפֵט, *judex*. Deut. XXI. 2. πρώτιστοί σου g
sec. libros nonnullos, teste L. Bos. Adde Etymol. M. 693. 19.

ΠΡΩΤΟΒΑΘΡΕ'Ω, *in primis subselliis* aut *in subselliis primo loco colloco*. הֵשִׂים כִּסֵּא מֵעַל, *pono solium supra*. Esther. III. 1. ὕψωσεν αὐτὸν καὶ ἐπρωτοβάθρει πάντων. Hes. πρωτόβαθρον, τὸν προεδρίας ἀξιωθέντα.

ΠΡΩΤΟΒΟΛΕ'Ω, *primus emitto* s. *jaculor*, metaph. *primus protrudo* h
vel *emitto*, v. c. de arboribus et vitibus, a πρωτοβόλος, qui primus jaculatur. Apud Eustathium πρωτοβόλος ἵππος, *qui primos emittit dentes*. בִּכֵּר Pih. *primogenitum profero*. Ez. XLVII. 13.

*ΠΡΩΤΟΓΕΝΗ'Σ, *primogenitus*. Prov. XXXI. 2. πρωτογενές σοι λέγω υἱὲ, te alloquor, fili primogenite; quibus verbis nihil respondere vide- i
tur in textu Hebr., nisi quis referre malit ad בַּר נְדָרַי, *fili, quem a Deo votis omnibus efflagitavi*, quod de filio primo aptius intelligitur, quam de secundo vel tertio. Etymol. M. 437. 32.

*ΠΡΩΤΟΓΕΝΝΑ'Ω, *primum produco*. בִּכֵּר, *maturo*. Inc. Ezech. XLVII. 12. πρωτογεννήσει, i. q. πρωτοβολήσει, quod in vers. Alexandr. legitur. K.

ΠΡΩΤΟΓΕ'ΝΝΗΜΑ, *quod primum enatum et productum est, primi proventus, primitiæ*. *בִּכּוּרָה, *præcox*.

a Aqu. Ies. XXVIII. 4. — בִּכּוּרִים plur. Exod. III. 16. 19. XXIII. 26. Lev. II. 6. et alibi. Al. Nehem. XIII. 30. — *קָצִיר, *messis*. Exod. XXXIV. 22. sec. libros nonnullos, teste L. Bosio, ubi alii libri habent θερισμοῦ. Videtur mihi hæc vox esse alius interpretis, et ad formulam בִּכּוּרֵי קְצִיר, *primitiæ messis*, pertinere, coll. v. 26. Vide ad h. l.
b Scharfenbergium. — רֵאשִׁית, *initium*. Ez. XLVIII. 14. — רֵאשִׁית עֲרִיסוֹת, *initium massarum farinæ*. Ezech. XLIV. 30. Vide et Sirac. XLV. 28. et 1 Macc. III. 50.

ΠΡΩΤΟΓΟΝΟΣ, *qui primus nascitur, primogenitus, primigenius, primitivus* et ex adjuncto: *præcipue carus, valde dilectus*. בִּכּוּרָה, *primus fructus*. Mich. VII. 1. τὰ πρω-
c τόγονα, sc. ἀκρόδρυα, vel γεννήματα, *primos fructus*. Sirac. XVIII. 14. ὃν πρωτόγονον ὄντα τίθησι παιδείᾳ, homines, quos *præ cæteris amat*, doctrina imbuit, salutari sapientia. Ita ed. Compl. Sirac. XXXVI. 11. Ἰσραὴλ, ὃν πρωτογόνῳ ὡμοίωσας, Israël, quem primogenito assimilasti. Hesychius: πρωτογόνων, πρώτων φανέντων. Idem: πρωτόγονος, νέος.

d ΠΡΩΤΟΚΛΗΣΙΑ, ΤΑ, *convocatio* vel *conventus principum*. 2 Macc. IV. 21. nisi fortasse ibi legendum est τὴν πρωτοκλησίαν. Alii ibi legunt τὰ πρωτοκλίσια, *consessum procerum* s. *primatum regni, comitia*. Grotius emendat πρωτοκούρια, *primam comam deponebat*.

ΠΡΩΤΟΚΟΥΡΙΑ, *prima tonsura*. Tob. I. 6. ubi sec. Grotium πρωτο-
e κουρίαι sunt *partes de lana, ubi primum tondentur pecudes*. In Cod. Alex. perperam πρωτοκουρία legitur.

ΠΡΩΤΟΛΟΓΙΑ, *primæ partes dicendi, sermonis principium*. Vide supra s. κατήγορος.

ΠΡΩΤΟΠΛΑΣΤΟΣ, *qui primus fictus et formatus est, primus, primus parens*. Sapient. VII. 1. X. 1. Clemens Alex. Strom. p. 559. 6. Vide quoque Suiceri Thes. Eccles. s. h. v. T. II. c. 876. f

ΠΡΩΤΟΣ, *primus*, it. *antiquus*, it. *præcipuus, præstantissimus*. אֶחָד: אַחַת, *unus, a*. Gen. VIII. 5. Esdr. VII. 8. Dan. IX. 1. — אַחֵר, *alius*. 2 Sam. XIII. 16. Non legerunt אֶחָד, sed sensum secuti sunt. — אַרְכִּי, *Archita*, nomen proprium. 1 Par. XXVII. 33. πρῶτος φίλος τοῦ βασιλέως, *præcipuus* amicus regis. Eodem sensu profani πρῶτος, et g Lat. *primus* usurpant. Vide Grotium et Lampium ad Joh. I. 15. Cæterum אַרְכִּי habuerunt pro nomine appellativo, quod *longum* seu *longo usu probatum* significat. Vide supra in v. ἀρχιεταῖρος. — *בֹּקֶר, *mane*. Inc. Lev. IX. 17. sacrificium matutinum erat primum ordine. — הָהֵם pron. plur. *illi*. 2 Sam. XVI. 23. πρώταις. Legendum ταύταις. h Vulgatus quoque habet: *in diebus illis*. — *חַד: חֲדָה Chald. *unus, a*. Dan. VII. 1. — לְפָנִים plur. *ad faciem, ante*. Job. XLII. 11. ὅσοι ᾔδεισαν αὐτὸν ἐκ πρώτου, sc. χρόνου, quotquot noverant illum *inde a primo tempore*. — קֶדֶם, *antrorsum*. Job. XXIII. 8. εἰς γὰρ πρῶτα (sc. μέρη) πορεύσομαι, ad primas enim partes ibo. Ita Bielius. Mallem h. i l. vertere *antrorsum*, quemadmodum in sequentibus ἐπ' ἐσχάτοις *retrorsum* notat. Aqu. Symm. Job. XXIX. 2. κατὰ τοὺς μῆνας τοὺς πρώτους. Vulg. *juxta menses pristinos*. Symmach. Psalm. LXVII. 34. et LXXVI. 6. Symm. Gen. II. 8. ἐκ πρώτης. Drusius subintellegendum putat ἀρχῆς, aut tale quid. Vide in Fragm. Intt. GG. p. 6. Theodor. Gen. l. c. ἐν πρώτοις, sc. χρόνοις, *primis temporibus*, ut pariter exponit Drusius l. c., sive *initio*. — קֵדְמָה cum ה locali, *versus orientem*. Num.

a II. 3. — קַדְמוֹנִי, *antiquus.* Job.
XVIII. 21. Joël. II. 20. Zach.
XIV. 8. — קַדְמָיְתָא Chald. fœm.
prior. Dan. VII. 4. — רֹאשׁ, *caput,*
princeps. 1 Sam. IX. 22. ἔθετο αὐ-
τοῖς τόπον ἐν πρώτοις τῶν κεκλημένων,
dedit illis locum inter *præcipuos,*
qui vocati erant. 1 Par. XI. 11.
πρῶτος τῶν τριάκοντα, *præcipuus* inter
triginta. Nehem. XII. 45. πρῶτος
b τῶν ᾀδόντων, *præcipuus* canentium.
Cf. Act. XXVIII. 17. et 1 Tim. I.
15. 2 Par. XXVI. 20. ἱερεὺς ὁ πρῶ-
τος, sacerdos *præcipuus.* Vide et
Esdr. VII. 4. Jerem. LII. 21. Ez.
XXVII. 22. μετὰ πρώτων ἡδυσ-
μάτων, cum aromatibus *præstantis-*
simis. Adde Incertum Ezech. X. 11.
— רִאשׁוֹנָה : רִאשׁוֹן, masc. fœm.
Gen. XXXIII. 2 ἐποίησε ἐν πρώτοις,
c sc. μέρεσι, collocavit *in primis parti-*
bus s. *primo loco.* Deut. XIII. 9.
ἐν πρώτοις, sc. χρόνοις, *primis tempori-*
bus vel *initio.* Vide et Deut. XVII.
7. 1 Reg. XVII. 13. Neh. VII. 5.
1 Cor. XV. 3. 1 Par. XI. 6. ἐν πρώ-
τοις, *primus.* Job. XV. 7. μὴ πρῶτος
ἀνθρώπων ἐγενήθης; num primus ho-
minum natus es? Potest etiam hic
positivus πρῶτος accipi pro compa-
d rativo πρότερος, et subaudiri præ-
positio πρὸ, hoc sensu: num prius
quam homines, vel ante homines
natus es? Conf. 2 Sam. XIX. 20.
ubi pro verbis πρότερος παντὸς οἴκου
'Ιωσὴφ alii habet πρῶτος π. ο. 'I.
Sic adverbium πρῶτον pro πρότερον
usurpat Aristoph. in Av. v. 489.
Confer Lex. N. T. s. h. v. Adde
Theodot. Zach. IV. 7. — *בָּעֵת
e הָרִאשׁוֹן, *secundum tempus primum.*
Symm. et οἱ λοιποὶ Ies. IX. 1. πρῶ-
τος pro πρῶτον. — רִאשֹׁנִית fœm.
Jerem. XXV. 1. — רֵאשִׁית, *initi-*
um. Amos VI. 6. τὰ πρῶτα μύρα,
præstantissima unguenta. — *רָשׁוּם,
scriptum, exaratum. Dan. X. 21.
sec. cod. Chis. τὰ πρῶτα. Legisse
videntur רִאשׁוֹן. — שָׁלִישִׁי, *tertius.*
Esth. VIII. 9. ubi loco πρώτῳ re-
ponendum est τρίτῳ. — *שַׁבָּת, *ces-* f
satio. Lev. XXIII. 11. τῆς πρώτης
sec. cod. Vatic. Sed scripserunt
sine dubio τῆς πρώτης τῶν σαββάτων,
ut in Ald. legitur. — *שָׁלוֹשׁ, *ter-*
tius. Dan. X. 1. sec. cod. Chis.
Vide ad h. l. edit. Rom. — Prol.
Sir. ubi πρῶτος a *nepote* distinguitur,
et *avum* significat.

ΠΡΩΤΟΣΤΑ'ΤΗΣ, *qui primo loco*
stat, antesignanus. עָתִיד, *paratus.* g
Job. XV. 24. στρατηγὸς πρωτοστάτης,
dux *antesignanus.* Illustranda est
hæc versio e lingua Arabica, in
qua عتد *excellere, præcipuum*
esse, primas tenere notat. Lex. Vat.
πρωτοστάτης, *princeps.* Hesych. πρω-
τοστάτης, ὁ πρῶτος παρὰ τὸ κέρας τῆς
παρατάξεως τεταγμένος. Conf. Suiceri
Thes. T. II. p. 707.

ΠΡΩΤΟΤΟ'ΚΕΙΑ, ΤΑ', *primo-*
genitura, privilegia seu *jus primo-* h
genitorum. בְּכוֹרָה, idem. Genes.
XXV. 32. 33. 34. XXVII. 36.

ΠΡΩΤΟΤΟΚΕΥ'Ω, *primogenitum*
facio, ut primogenitum offero. בִּכֵּר
Pih. Deut. XXI. 16. ubi *primogeni-*
turæ privilegia tribuere notat. Aqu.
Lev. XXVII. 26. πρωτοτοκευθήσεται,
ut primogenitum offeretur.

ΠΡΩΤΟΤΟΚΕ'Ω, *primum pario,*
primum enitor, a πρωτοτόκος, *quæ*
primum peperit. הִבְכִּיר Hiph. Jer. i
IV. 31. — עָלוֹת plur. fœm. *lactan-*
tes. 1 Sam. VI. 7. 10. δύο βόας πρω-
τοτοκούσας. Ideo sic transtulerunt,
quia tales vaccæ ad res sacras faci-
endas maxime adhiberi solebant.
V. sequentia.

ΠΡΩΤΟΤΟ'ΚΙΑ, ΤΑ', i. q. πρωτο-
τόκεια, *jus primogenitorum.* בְּכוֹרָה.
Deut. XXI. 17. 1 Par. V. 1. Conf.
Hebr. XII. 16.

ΠΡΩΤΟΤΟΚΙ'Α, *primogenitura.*
בְּכוֹרָה. Aqu. Gen. XXV. 34.

a ΠΡΩΤΟΤΟΚΟΣ, *primogenitus.* בְּכוֹר, idem. Gen. IV. 4. X. 15. XXII. 11. et alibi sæpius. — בְּכוֹרָה, *primogenitura.* Gen. XXV. 31. ἀπόδου μοι σήμερον τὰ πρωτοτοκά σου, scil. γεννήματα, vende mihi hodie jus tuum *primogenituræ.* Deut. XII. 17. τὰ πρωτότοκα (scil. γεννήματα) τῶν βοῶν, *primogenitos fœtus* boum. Vide et Deut. XIV.
b 23. et conf. L. Bos. Ellips. Gr. p. 35. — בְּכִירָה fœm. *primogenita.* 1 Sam. XIV. 50. — בִּכְרוּ, *Bochru,* nomen urbis. 1 Paral. VIII. 38. Legerunt בְּכוֹר. — בִּכּוּרִים plur. *primitiæ.* Ezech. XLIV. 30. — מִמְשָׁל, *dominatio.* 1 Par. XXVI. 6. Ita transtulerunt, quia apud Hebræos primogeniti principatum obtinebant in familia. — פֶּטֶר, *aper-*
c *tio,* scil. *vulvæ,* quæ formula de *primogenitura* sæpius in V. T. adhibetur. Exod. XXXIV. 19. 20. — רֹאשׁ, *caput.* 1 Par. V. 12. — רִאשׁוֹן, *primus.* Gen. XXV. 25.

ΠΤΑΙΣΜΑ, *offensio, lapsus, prolapsio, casus, calamitas,* proprie: *cum pedes lapidi aut alii offendiculo impinguntur.* מַגֵּפָה, *plaga.* 1 Sam. VI. 4.

d ΠΤΑΙΩ, *offendo, impingo, pecco, cado, intercido, irritus sum* vel *fio, evanesco.* הִכְשִׁיל Hiph. *impingere facio.* Symm. Psalm. LXIII. 9. — נִגַּף. 1 Sam. IV. 2. ἔπταισεν ἀνὴρ Ἰσραὴλ ἐνώπιον ἀλλοφύλων, *cæduntur* Israëlitæ a Philistæis. Vide et 1 Sam. VII. 10. 2 Sam. II. 17. X. 15. — נוֹקֵשׁ Niph. a יָקַשׁ, *illaqueor.* Deut. VII. 25. μή ποτε πταίσῃς διὰ
e τοῦτο, ne *impingas* vel *pecces* propter hoc. Confer Sir. XXXVII. 16. et Jac. II. 10. III. 2. Hesych. πταίει, πίπτει, ἁμαρτάνει. Sir. II. 8. οὐ μὴ πταίσῃ ὁ μισθὸς ὑμῶν, nequaquam *interciderit* merces vestra. 2 Macc. XIV. 17. διὰ τὴν αἰφνίδιον τῶν ἀντιπάλων ἀφασίαν (lege ἄφιξιν. Vide s. ἀφασία.) ἐπταικὼς, propter repentinum adversariorum adventum *ca-* f
dens. Hesych. ἐπταικὼς (Sic enim legendum ex Suida et Lex. Cyrilli MS. Brem. pro ἐπτωκὼς), σφαλεὶς, ἢ πεπτωκώς. Idem: ἐπταικότα, πεσόντα.

ΠΤΑΡΜΟΣ, *sternutatio, sternutamentum.* עֲטִישָׁה, idem. Aqu. et LXX Job. XLI. 10. Aquila in singulari constructo accepit, ut Vulgatus.

ΠΤΕΛΕΑ, *ulmus.* תִּדְהָר, *teda,* g
pinus. Aquil. Symm. Ies. XLI. 19. In MS. March. male πτιλαία scribitur.

ΠΤΕΡΝΑ, *calx, calcaneus.* עָקֵב. Gen. III. 15. XXV. 26. XLIX. 17. et alibi. Ps. XLVIII. 5. ἡ ἀνομία τῆς πτέρνης μου, iniquitas *vitæ* meæ. Nam עקב quandoque usurpatur de *ratione vitæ.* Hesych. πτέρνης, τῆς πορείας, τοῦ βίου. Vide quoque Theo- h
doretum ad Ps. l. l. Cant. I. 7. ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων, sequere *vestigia* gregis. — עָקֹב infin. *supplantando.* Jerem. IX. 4. — צַד, *latus.* Jos. XXIII. 13. Sensum orationis potius quam significationem propriam verbi Hebr. expresserunt. Masius vero Comment. p. 330. suspicatur, πλευραῖς pro πτέρναις olim scriptum fuisse. i

ΠΤΕΡΝΙΖΩ, *calce peto et ferio, supplanto,* it. *decipio, dolose circumvenio, injuriam facio.* עָקַב. Genes. XXVII. 36. ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη δεύτερον τοῦτο, jam secunda vice *dolose* me *circumvenit.* Suidas ex Theodoreto ad Psalm. XL. p. 556. πτέρνα ὁ δόλος καὶ ἡ ἐπιβουλή. καὶ πτερνίζω, τὸ καταβάλλω. ἐκ μεταφορᾶς τῶν περὶ τάχους ἀγωνιζομένων, καὶ πτέρνῃ τοὺς συνθέοντας προσπταίειν ὁμοῦ καὶ πίπτειν μηχανωμένους. Lege μηχανωμένων ex Theodoreto. Idem probationis loco verba e Genes. l. c. adducta statim

a subjungit. Jerem. IX. 4. πᾶς ἀδελφὸς πτέρνῃ πτερνιεῖ, καὶ πᾶς φίλος δολίως πορεύσεται, omnis frater calcaneo *supplantabit*, et omnis amicus dolose ambulabit. Hesych. πτερνιεῖ, παγιδεύσει. Recte ita Suicerus Thes. T. II. p. 884. pro παγιδεύει, hancque emendationem firmat Lex. Cyrilli MS. Brem. ubi pariter παγιδεύσει legitur. Hos. XII. 3. ἐν τῇ κοιλίᾳ
b ἐπτέρνισε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, in utero *supplantavit* fratrem suum. Hesych. ἐπτέρνισεν, ἐσκέλισεν. — קָבַע, *rapio, spolio*. Mal. III. 8. εἰ πτερνιεῖ ἄνθρωπος Θεόν; διότι ὑμεῖς πτερνίζετέ με; num audeat homo Deum *defraudare?* vos vero hoc facere audetis. Pro קָבַע legerunt עָקַב, aut putarunt, קָבַע idem significare quod עָקַב, ut כֶּשֶׂב et כֶּבֶשׂ, שִׂמְלָה et שַׂלְמָה.
c Gloss. MS. in Proph. πτερνίζετε, καταπατεῖτε, ἀτιμάζετε, ὑβρίζετε. Hesychius: πτερνίζει, ἀπατᾷ, συναρπάζει, ἀτιμάζει, ὑβρίζει. Suidas: πτερνίζει, ἀπατᾷ, ἢ λακτίζει.

ΠΤΕΡΝΙΣΜΟ'Σ, *supplantatio, deceptio, dolus, fraus*. עָקֵב, *calx*. Ps. XL. 10. ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμὸν, magnas adversus me fecit *insidias*, vel admodum mihi insidiatus est.
d Lex. Cyrilli MS. Brem. et Phavor. πτερνισμὸν, ἐπιβουλὴν, δόλον, κατασκευήν. Unde corrigendus Hesychius v. πτερνισμὸν, et pro ἐπίβουλον, reponendum ἐπιβουλὴν, quemadmodum et ex conjectura ita legendum censet Suicerus Thes. T. II. p. 887. — עָקְבָה, *fraus*. 2 Reg. X. 19. Ἰοὺ ἐποίησεν ἐν πτερνισμῷ, Jehu *dolo* fecit.

ΠΤΕΡΟ'Ν, *ala, penna, pluma*. Dicitur quasi πετερὸν, a πέτομαι, *volo*.
e גַּף, in plur. גַּפִּין Chald. Dan. VII. 4. 6. — כָּנָף. Symm. Job. XXXIX. 13. — נוֹצָה, *pluma*. Lev. I. 16. Conf. notata in v. πτίλον. — עוּף, *volatus*. Aqu. Symmach. Job. V. 7. Formulæ *extollere alas* et *elevare volatum* parum differunt.

ΠΤΕΡΟΦΥΕ'Ω, *alas* seu *pennas produco, pennæ mihi nascuntur, plumesco*. עָלָה אֵבֶר, *ascendo alis*. Ies. f
XL. 31. Hinc πτεροφυὴς apud Platon. Polit. II. 266. E. et πτερόφυτος Schol. Aristoph. Equit. v. 1341.

ΠΤΕΡΥ'ΓΙΟΝ, *ala, pinnæ piscium, ora et extremitas pallii*. כָּנָף. Num. XV. 36. κράσπεδα ἐπὶ τὰ πτερύγια τῶν ἱματίων αὐτῶν, fimbrias ad *oras* vestimentorum suorum. Vide et Ruth. III. 9. 1 Sam. XV. 27. XXIV. 5. (ubi Josephus A. J. VI. 13. 4. τὴν g
πτέρυγα habet). Gloss. in Octat. πτερύγια, φάρσια τῶν ἱματίων. Conf. Agg. II. 13. ubi כָּנָף redditur τὸ ἄκρον. Sic et apud Hesych. πτερύγια inter alia sunt τὰ ἄκρα τῶν ἱματίων. Apud eundem πτέρυγες etiam exponuntur μέρος χιτῶνος, τὰ περὶ τὰ κράσπεδα. Dicebantur etiam πτερά. Idem Hesychius: Θετταλικὰ πτερά. τοῦτο εἴρηται διὰ τὸ πτέρυγας. ἔχειν τὰς Θετταλικὰς χλαμύδας. πτέρυγες δὲ κα- h
λοῦνται αἱ ἑκατέρωθεν γωνίαι διὰ τὸ ἐκκεῖναι πτέρυξι. Conf. Bonfrerium in Num. XV. 36. Salmasium ad Tertullianum de Pallio p. 111. seq. et Braunium de Vestitu Sacerd. Hebr. Lib. II. c. 5. §. 410. Dan. IX. 26. ἀπὸ πτερυγίου, ab ala sive *agmine militari*. Confer Fesselii Adv. Sacr. Lib. VII. c. 2. p. 127. Adde Aqu. Job. XXXIX. 13. Hebr. Ezech. XVI. 8. — סְנַפִּיר, *pinnæ piscium*. i
Lev. XI. 9. 10. Deut. XIV. 9. 10. Pinnæ piscium sunt i. q. alæ avium. Sec. Simonis סְנַפִּיר ortum est ex Chald. סְנַף, et אֵבֶר, *ala*. — קָצָה, *extremitas*. Al. Exod. XXVIII. 26.

ΠΤΕ'ΡΥΞ, idem, et metaphorice *velum*. אֵבֶר. Ps. LIV. 6. — כָּנָף. 2 Sam. XXII. 11. ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων, in *alis ventorum*. Vide et Ps. XVII. 12. CIII. 4. Job. XXXVII. 3. ἐπὶ πτερύγων τῆς γῆς, in *extremitatibus* s. *finibus* terræ. Vide et Job. XXXVIII. 13. Ies. XI. 12. Ezech.

a VII. 2. Psalm. CXXXVIII. 8. ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, si levarem alas meas versus orientem. Ies. XVIII. 1. οὐαὶ γῆς πλοίων πτέρυγες, vel juxta Compl. πτερύγων, væ terræ *navium alatarum.* Conf. ad h. l. Jac. Hasseum in Bibl. Brem. Cl. V. p. 566. et Cl. VI. p. 305. Sunt autem *naves alatæ, naves instructæ velis* (aut *remis.* Vide
b Canter. ad Lycophr. v. 25.), quæ alias etiam *alarum* (Vide Propert. Lib. IV. El. 6. v. 47.) nomine veniunt. Eustathius ad Il. Α', v. 480. ἀρχὴ δὲ γέγονε τοῦ πτερὰ νηὸς καὶ τὰ ἱστία λέγεσθαι. διαπετάννυνται γὰρ καὶ ὠκύτητός εἰσιν αἴτια, ὥσπερ πτερὰ τοῖς πτηνοῖς, οὕτω καὶ αὐτὰ ταῖς ναυσί. Vide Hasseum l. c. pag. 305. seq. et Schlaegeri Comm. de Numo Had-
c riani Plumbeo p. 114. Mal. IV. 2. ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ, sol justitiæ et sanatio in *alis* sive *radiis* ejus. Conf. ad h. l. Deylingii Obss. Sacr. Part. I. p. 173. seq. — *כַּף, *planta.* Ezech. I. 7. ἐλαφραὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν. Pro כַּף legerunt כָּנָף, aut potius loco πτέρυγες reponendum est πτέρναι pro πόδες. — *נִצָּץ, *scintilla.* Ezech. I. 7.
d Retulerunt ad נָצָה, *volavit.* — רֹאשׁ, *caput.* Ez. I. 22. — קַשְׂקֶשֶׂת, *squama.* Ezech. XXIX. 4. Præterea legitur Ez. I. 7. ubi videtur respondere Hebr. עֵגֶל. Arab. عجل notat *festinare, celerem esse,* quia figura circularis seu rotunda est ad motum aptissima, celerrimeque movetur.

ἜΧΩΝ ΤΑ`Σ ΠΤΕ'ΡΥΓΑΣ, *habens*
e *alas, alatus.* בַּעַל כְּנָפַיִם, *dominus alarum.* Cohel. X. 20.

ΠΤΕΡΥ'ΣΣΟΜΑΙ, *alas moveo, alis strepo.* הִשִּׁיק Hiph. a נָשַׁק, *osculor,* it. *contingo.* Ezech. III. 13. πτερύγων τῶν ζώων πτερυσσομένων, alæ animalium *sese mutuo contingentes:* ubi πτερύσσεσθαι aperte notat *alis ferire.* Præterea legitur in eodem significatu Ezech. I. 23. sec. cod. Vat. ubi nihil pro ea voce in textu Hebr. f
legitur. Ibid. v. 24. πτερύσσεσθαι sec. ed. Ald. *alis* tribuitur, ubi reliqui libri πορεύεσθαι habent. Lex. Cyrilli MS. Brem. πτερύσσεται, ταῖς πτέρυξι τὸν ἀέρα πλήττει, ἢ τὰς πτέρυγας κινεῖ.

ΠΤΕΡΩΤΟ'Σ, *alatus, pennatus.* כָּנָף, *ala.* Gen. I. 21. πετεινὸν πτερωτὸν, volucre *alatum.* Vide et Psalm. LXXVII. 31. CXLVIII. 10. Deut. IV. 17. παντὸς ὀρνέου πτερωτοῦ, cujusvis g
avis alatæ. Adde Symm. Ies. XVIII. 1. ubi vide Montfauc. et supra s. v. πτέρυξ. — בַּעַל כָּנָף, *dominus alæ.* Prov. I. 17. ἐκτείνονται δίκτυα πτερωτοῖς, sc. ὀρνέοις, expanduntur retia *volucribus.* Aquila Cohel. X. 20. Hesych. πτερωτοῖς, πετεινοῖς. Idem: πτερωτὸς, ἀναπτερωθείς. — *כַּף, *planta.* Ezech. I. 7. πτερωτοὶ οἱ πόδες αὐτῶν. Legerunt וְכָנָף רַגְלֵיהֶם. — h
עוֹף, *volatile.* Inc. Gen. VII. 14. πτερωτὸν, quæ vox tamen Sharfenbergio potius pertinere videtur ad ultimum hujus versiculi verbum כָּנָף. Conf. Cat. Nicephori ad h. l.

ΠΤΗ͂ΝΟΣ, ΤΟ' (veluti τὸ κτῆνος. Al. τὸ πτηνὸν ex πέταμαι.), *volucre, volatile.* רֶשֶׁף, *pruna.* Aqu. Job. V. 7. πτηνοὺς genit. Symmachus ib. πετεινὸν, quod favet sententiæ eorum, i
qui רֶשֶׁף de *avi,* specialiter *rapaci* intellegunt. Conf. Michaëlis Supplem. Lex. Hebr. p. 2268.

ΠΤΗ͂ΞΙΣ, *consternatio, pavor.* מְחִתָּה, idem. Aqu. Symm. Theod. Prov. XVIII. 7. Aristotel. de Mirabilibus c. 157. ἀφωνίαν ἐργάζεται καὶ πτῆξιν. Desideratur hæc vox in Lexicis.

ΠΤΗ'ΣΣΩ, *timeo, metu trepido, metu occulto me.* הִתְלַכֵּד Hithp. *concresco.* Al. Job. XXXVIII. 30. ἔπτηξεν, ubi fortasse legendum est

a ἔπτηξε, qua voce reliqui Intt. usi sunt, ac bene convenit voci Hebraicæ. Vide supra s. πήγνυμι. Kircherus videtur legisse ἔταξε, quod etiam in Concordantias retulit. Middeldorpfius contra in Curis Hexapl. in Jobum p. 100. e cod. Syr. Mediol. legendum suspicatur ἐξέπτηξε, a verbo ἐκπτήσσω. — חָרַד, tremo. Symm. Job. XXXVII. 1. b πτήσσει ἡ καρδία μου, metu trepidat cor meum. Suidas: πτήσσει, πτοεῖται. — חָתַת, frangor. 2 Reg. XIX. 26. ἔπτηξαν καὶ κατησχύνθησαν, timuerunt et pudefacti sunt. Confer Job. XXXVIII. 17. ubi ἔπτηξαν eodem sensu legimus, in textu autem Hebr. nihil pro hoc verbo reperitur. Hesych. ἔπτηξαν, ἐκρύβησαν, ἔπτησαν, ἐφοβήθησαν. Vulgo hic ab ἔπτησαν c nova glossa incipit. Sed vocem illam una cum sequenti adhuc τὸ ἔπτηξαν exponere, non solum ordo Alphabeti suadet, sed etiam Suidas, apud quem ἔπτηξεν exponitur ἐφοβήθη, συνεστάλη, ἐταπεινώθη. Idem in v. πτήσσει ita: κυρίως δὲ πτήσσειν ἐστὶ τὸ φεύγειν καὶ φοβεῖσθαι. — עָרַץ, expavesco. Deuter. I. 29. μὴ πτήξητε, μηδὲ φοβηθῆτε ἀπ' αὐτῶν, ne expavescatis, neque timeatis illos. De voce d πτήσσειν copiose disputavit Berglerus ad Aristoph. Vesp. 1481. (adde Sophocl. Ajac. 167. seq.) et docuit, pr. dici de avibus metu se contrahentibus, alasque demittentibus, transferri autem ad homines, qui in certamine aliquo superati victoribus trepidi sese submittunt, et qui metuunt in universum, fugiuntque e aliquem. Conf. Suidam v. πτήσσει. Adde 4 Macc. XVI. 20.

ΠΤΙ'ΛΛΟΣ, vel πτίλος, calvus in superciliis. תְּבַלֻּל, suffusio. Levit. XXI. 19. πτίλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς, depalpebratus oculos, ut Latinus interpretatur: ubi in Ald. vitiose πτύλος legitur. Suidas et Lex. Cyrilli MS. Brem. πτίλλος, ὁ μαδαρὸς τοῖς βλεφάροις. Scribitur alias πτίλος et πτιλός. Etymol. M. πτίλος, ὁ ἐκπεπτωκὼς τῶν ἴλλων, τουτέστι τῶν ὀφθαλμῶν, f ἐπὶ τῶν ἀποτετιλμένων τὰ βλέφαρα. Hesych. πτιλὸς, ὁ μαδαρὸς, καὶ λελεπισμένος τοὺς ὀφθαλμούς.

ΠΤΙ'ΛΟΣ, penna mollis, pluma. נוֹצָה. Theod. Levit. I. 16. σὺν τοῖς πτίλοις, cum plumis. Gloss. in Octat. πτίλοις, πτεροῖς. Symmach. Job. XXXIX. 13. πτίλους. Dicitur alias in genere neutro πτίλον. Hesych. g πτίλα, πτερὰ ἁπαλά. Suidas: πτίλον, πτερὸν ἁπαλώτερον, καὶ ἄπτιλα, τὰ ἀπτέρωτα. Idem paulo post ex Scholiast. Aristoph. ad Aves subjungit sequentia: Τῶν πτερῶν τὰ μὲν καλεῖται πτίλα, τὰ δὲ πτερὰ, τὰ δὲ ὠκύπτερα. Photius, πτίλον, πτερὸν ἁπαλώτερον.

*ΠΤΙ'ΛΟΣ, cui e ciliis pili perierunt, lippus. תְּבַלֻּל, continuus oculi fluxus, lippitudo. Levit. XXI. 20. h sec. Alex. Photius Lex. πτίλλος, ὁ μαδαρὸς τοῖς βλεφάροις. Zonaras Lex. c. 1590. ὁ ἐκπεπτωκὼς τῶν ἴλλων κ. τ. λ. ubi vid. Tittmannus.

ΠΤΙΣΑ'ΝΗ, ptisana, hordeum, s. triticum tusum et decorticatum. הָרִפוֹת, grana contusa. Aquil. Symmach. 2 Sam. XVII. 19. πτισάνας. Scribitur alias πτισσάνη. Suidas: πτισσάνη, ἡ κεκομμένη κριθή. Idem habet Pho- i tius, qui tantum καθαρὰ addit. Vide et Pollucem Lib. VII. c. V. segm. 24. Est a πτίσσειν, decorticare.

ΠΤΟΕ'Ω, terreo, terrefacio, timeo, frango, et πτοέομαι, terreor, paveo, expavesco, frangor. *בָּעָה, ebullire facio. Symm. Ies. LXIV. 2. Legit בְּעַת. — בָּעַת Pih. Symm. Job. XIII. 11. — חָדַל, desisto. Ezech. II. 5. 7. חָדַל h. l. notat præ timore k exhaustum esse viribus, adeoque cedere alicui. Confer Simonis Lex. Hebr. p. 513. Cappello in Nott. Critt. ad h. l. p. 544. legisse videntur יֶחֶרְדוּ, nam חָרַד est expavescere. — חָרַד, tremo. Exod. XIX. 16. Amos III. 6. — חָתַת, frangor,

a metaph. *consternor, terreor.* 1 Par. XXII. 13. μὴ φοβοῦ μηδὲ πτοηθῇς, ne timeas, neque *paveas.* Vide et 1 Par. XXVIII. 20. Jerem. I. 17. μηδὲ πτοηθῇς ἐναντίον αὐτῶν. Continent hæc verba glossema ex alia interpretatione, ut Cappellus in Nott. Critt. ad h. l. pag. 520. judicavit. Veram lectionem exhibet ed. Complut. μηδὲ (seu μήποτε) πτοηθῇναί σε
b ποιήσω, quam etiam tuetur Hieronymus et Codex. Syr. Hexapl. Jer. XLVI. 20. et confer Luc. XXI. 9. Jerem. LI. 51. ἐπτόηται τὸ τόξον αὐτῶν, *fractus* est arcus illorum. Hab. II. 17. ταλαιπωρία θηρίων πτοήσει σε, miseria ferarum *terrefaciet* te. — מְחִתָּה, *terror.* Proverb. XIII. 3. πτοήσει ἑαυτὸν, terrefaciet semet ipsum. — מָסַס, *liquefio,* metaph. *ter-*
c *rore* seu *metu corripior.* Jos. VII. 5. — נָדַד, *avolo.* Jerem. IV. 25. πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἐπτόηντο (al. rectius ἐπτοαῖτο), omnia volucria cœli *metu perculsa avolabant.* — נָחַת, *descendo.* Jerem. XXI. 13. Hic legerunt חָתַת. — לֹא עָנָה, *non humilior.* Ies. XXXI. 4. Admodum libere transtulerunt. — עָרַץ. Deut. XXXI. 6. — פָּחַד, *pa-*
d *veo.* Job. XXIII. 15. Aqu. Psalm. LII. 6. et LXXVII. 53. Aquil. Theod. et Inc. Job. XXIII. 15. Οἱ λοιποὶ Prov. III. 25. ubi πτοεῖσθαι notat *occasionem timendi habere ac accipere.* — קוּם, *consisto.* Job. XLI. 18. οὐ μὴν πτοήσουσιν δόρυ ἐπηρμένον, neutiquam timebunt hastam sublatam. Scil. קוּם quandoque etiam notat *attonitum stare* et *hæ-*
e *rere,* v. c. Job. XXIX. 8. quam notionem h. l. fortasse respexerunt LXX Intt. — רָגַז, *commoveor.* Hab. III. 6. Judith. XVI. 9. 1 Maccab. VII. 30. ἐπτοήθη ἀπ' αὐτοῦ, *metu perculsus removit se ab eo.* Ita quoque Syrus interpretatus est.

ΟΥ῾ ΠΤΟΕ΄ΟΜΑΙ, *non terreor.* זָכַר, *recordor.* Job. XI. 16. ὥσπερ κῦμα παρελθὸν, καὶ οὐ πτοηθήσῃ. Scilicet cessante recordatione miseriæ f
cessat etiam metus ejus.

*ΠΤΟ΄Η (pro quo et πτόα, etiam πτοία, v. c. apud Polybium IV. 58. dicitur), *pavor, metus, consternatio.* 1 Maccab. III. 25. sec. Alex. et Compl. 3 Maccab. III. 5. ἤρξατο ἡ πτόη ἐπιπίπτειν ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ κύκλῳ αὐτῶν, metu perculsæ sunt omnes finitimæ nationes. Sic legitur in Cod. Alex. et Compl. In cod. Vatic. est usitatius πτόησις.

ΠΤΟ΄ΗΣΙΣ, *terror, consternatio.* g
פַּחַד, *pavor.* Prov. III. 25. οὐ φοβηθήσῃ πτόησιν ἐπελθοῦσαν, non est, quod repentinum *terrorem,* h. e. *malum* imminens, formides: nam πτόησις h. l. metonymice est *objectum timoris.* Conf. 1 Petr. III. 3. et ad h. l. Wolfium p. 128. Symm. Thren. III. 46. ubi vid. Montf. Vide et 1 Macc. III. 25. et 3 Macc. III. 5. Hesych. πτόησις, δειλία.

ΠΤΥ΄ΑΛΟΝ et ΠΤΥ΄ΕΛΟΝ, *saliva, sputum.* רֹק, idem. Job. XVII. h
18. et XXX. 10.

*ΠΤΥ΄ΛΛΟΣ. תְּבַלֻּל, *suffusio.* Lev. XXI. 19. sec. ed. Ald. ubi reliqui libri rectius habent πτίλλος vel πτίλος, quod vide supra.

ΠΤΥ῾Ξ, ΠΤΥΧΟ΄Σ, *plica, plicatura.* לוּחַ, *tabula, quæ complicatur.* Symm. Ies. XXX. 8. πτυχί.

ΠΤΥ΄ΞΙΣ, *plicatio, plicatura, duplicatio.* כֶּפֶל, *duplum.* Job. XLI. 5. εἰς δὲ πτύξιν θώρακος αὐτοῦ τίς ἂν εἰσέλθοι; in *duplicationem* autem thoracis i
ejus quis ingrediatur? Ibi Symmachus ὑποδίπλωσιν vertit. Hesych. πτύξις, δίπλωσις, κάμψις.

ΠΤΥΧΑΙ΄, *valvæ, januæ.* צְלָעִים, *latera, tabulæ.* 1 Reg. VI. 33. Hesych. πτυχαί, στοαί, περιβολαί. — קְלָעִים, *sculpturæ.* Ibid. δύο πτυχαί, *duæ valvæ.* Legerunt צְלָעִים, *tabulæ.* Πτυχὴ proprie *plicam, pli-*

a *caturam* notat. Suidas: πτυχαὶ, στοαὶ, περιβολαί. Vide Ernesti notas ad Suidæ ac Phavorini Gloss. SS. p. 122.

ΠΤΥ´Ω, *spuo, exspuo.* יָרַק, idem. Numer. XII. 14. Vide et Sirac. XXVIII. 13.

ΠΤΩ´ΜΑ, *casus, ruina, exitium, cadaver.* אֵיד, *exitium.* Job. XVIII. 12. — גֶּבֶר, *vir.* Job. XXXIII. 17.
b ubi fortasse legerunt שֶׁבֶר. Vide ad h. l. Dathium. — גְּוִיָּה, *corpus.* Ps. CIX. 7. πληρώσει πτώματα, implebit *cadavera.* Vulgatus: *implebit ruinas:* ex ambiguitate cod. Gr., nam πτῶμα et *ruinam* et *cadaver* notat. — יָד, *manus.* Job. XV. 23. ubi pro יָד fortasse legerunt אֵיד aut פִּיד, nisi de *manu aucupis* cogitarunt. — כִּשָּׁלוֹן, *offendiculum.*
c Prov. XVI. 19. — מִכְשׁוֹל, idem. Symm. Theodot. LXX Ies. VIII. 14. — מַפָּלָה. Jud. XIV. 8. τὸ πτῶμα λέοντος, *cadaver leonis.* — פֶּגֶר, *cadaver.* Ezech. VI. 5. Al. Ezech. XLIII. 9. Conf. Matth. XXIV. 28. Apoc. XI. 8. Suidas: πτῶμα, σῶμα ἄνευ τῆς κεφαλῆς. Lex. Vet. πτῶμα ἐπὶ νεκροῦ. Sic passim etiam apud profanos. Vide Eurip. Orest. v.
d 1196. et Lex. N. T. s. h. v. — פִּיד, *infortunium.* Job. XXXI. 29. — פֶּרֶץ, *ruptura.* Job. XVI. 14. κατέβαλόν με πτῶμα ἐπὶ πτῶμα, dejecerunt me *ruina* super *ruinam.* — שָׁבַר, *frango.* Ies. XXX. 14. Legerunt שֶׁבֶר. — שֶׁבֶר, *fractura.* Ies. XXX. 13. — שֹׁד, *vastitas.* Ies. LI. 19. Præterea legitur Job. XX. 5. ubi nihil est in textu Hebr. Vide supra s. v. ἐξαίσιος. Sap. IV. 18.

e ΠΤΩΜΑΤΙ´ΖΩ, *cadere facio.* הִפִּיל Hiph. a נָפַל, idem. Aqu. Psalm. CXXXIX. 11. πτωματίσῃς. Idem Deuter. XXV. 2. — *עָמַד, *sto.* Symm. 1 Sam. XXX. 10. ἐπτωματίσθησαν, ubi πτωματίζεσθαι notat *lassum subsistere, præ torpore non posse continuare iter,* adeoque bene respondet h. l. Hebr. עָמַד, quod h. l. *subsistere* notat. Sc. qui sunt f
lassi ac defatigati, in terram se prosternere solent. Fortasse vero ἐπτωματίσθησαν h. l. Aquilæ tribuendum, et ad sequens פִּגְּרוּ referendum est. — פָּגַר Pih. *defectus sum viribus.* Aqu. 1 Sam. XXX. 21.

ΠΤΩ´ΣΙΣ, *casus, ruina, cædes.* דֶּבֶר, *pestilentia.* Inc. Hab. III. 4. ubi πτῶσις *mortem violentam, pestem* notat. — פִּיד, *exitium.* Symmach. g
Job. XXI. 20. — מַגֵּפָה, *plaga.* Ps. CV. 29. Zach. XIV. 12. 15. Adde Inc. et LXX sec. Complut. 2 Sam. XVII. 9. et XXIV. 21. — *מְעִי מַפָּלָה, *acervus ruinæ.* Ies. XVII. 1. ubi videndus Koppius. — מַפָּלָה. Ezech. XXVI. 15. 18. ἀπὸ ἡμέρας πτώσεώς σου, a die *ruinæ* tuæ. Ib. XXVII. 27. — נֶגֶף. Ex. XXX. 12. — נְפֹל, נָפֹל, part. et infin. *ca-* h
dens, cadendo. Jer. VI. 15. XLIX. 20. — פֶּגֶר, *cadaver.* Nahum. III. 3. — קֻבַּעַת, *fæces.* Ies. LI. 17. Πτῶσις h. l. metaph. *summam miseriam, maximas calamitates* notat, cujus symbolum quoque sunt *fæces vini.* Ps. LXXV. 9. Ies. LI. 17. — רֶגַע, *momentum.* Ezech. XXXII. 10. Sc. רָגַע *frangere* notat, quod non longe abscedit a πτώσει. — i
תַּרְעֵלָה, *horror.* Ies. LI. 22. ποτήριον τῆς πτώσεως, pro quo Cappello in Crit. S. p. 757. legendum videbatur ποτήριον τῆς πτοήσεως, quia תַּרְעֵלָה propius accedat ad significationem πτοήσεως, quam ad πτώσεως. Sed lectio recepta quoque excusari potest, si nempe statuitur, eos libere

a vertisse, hoc sensu: *calix vini quod nutare facit, et ad lapsum sollicitat.* Sir. XIII. 16. περιπατεῖν μετὰ τῆς πτώσεως vel est *in præsentissimo vitæ periculo versari,* vel *commercium habere cum eo, qui causa erit et auctor infortunii,* coll. Luc. II. 34. Judith. X. 1. ἀνέστη ἀπὸ τῆς πτώσεως. Vulgatus bene: *surrexit de loco, in quo jacuerat prostrata ad Dominum.*
b Eodem modo Syrus vertit, coll. IX. 1. Sir. IV. 22. πτώσεως αὐτοῦ. Vulg. *inimici sui.* Syrus et Arabs: per *raptores.* Sir. XI. 31. πτῶσιν. Vulg. bene addit: *proximi sui.* Sir. I. 21. *causa exitii.*

*ΠΤΩ͂ΣΙΣ ΔΙΣΣΗ΄. פְּלִשְׁתִּים, *Philistæi.* Incert. Exod. XIII. 17. πτώσεως δισσῆς. Legit divisim פַּל שְׁתַּיִם, ita ut פַּל a נָפַל derivaverit,
c quasi sit i. q. מַפָּל vel מַפָּלָה.

ΠΤΩΧΕΙ΄Α, *egestas, paupertas, inopia.* מִסְכֵּנוּת, *penuria.* Deuter. VIII. 9. — עָוֹן, *iniquitas.* Psalm. XXX. 13. Secundum Bielium ac Trommium legerunt בְּעָנְיִ vel בְּעֳנִי. Sed πτωχεία est h. l. *miser status* in universum, *afflictio,* κάκωσις, ut Symmachus transtulit, quæ quia erat pœna peccati, Hebraice recte
d עָוֹן dici poterat. — עֳנִי, *afflictio.* 1 Par. XXII. 14. Job. XXX. 27. XXXVI. 21. Psalm. CVI. 10. 41. Suidas: πτωχεία πενίας διενήνοχεν. ἡ μὲν γὰρ πενία μεμετρημένη ἐστὶν ἔνδεια, πόνῳ τὰ χρειώδη θηρῶσα, ἡ δὲ πτωχεία παντελὴς τῆς κτήσεως ἔκπτωσις. Desumta esse hæc ex Scholiasta Aristophanis ad Plutum pag. 58. annotat Küsterus.

e ΠΤΩΧΕΥ΄Ω, *pauper sum, inops sum, egestate laboro, mendico, mendicando vivo.* דָּלַל, *attenuor.* Jud. VI. 6. ἐπτώχευσεν Ἰσραὴλ σφόδρας, Israëlitæ per Midianitas valde *viribus attriti erant,* aut: mendicitatem redacti erant. Psalm. LXXVIII. 8. ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα, valde sumus *attenuati.* — *הִתְרוֹשֵׁשׁ Hithp. *me depaupero* aut *pauperem me fingo.* Symm. Prov. XIII. 7. πτωχευόμενοι, *se pauperes reddentes,* nempe *elee-* f *mosynis largiter erogatis,* aut *qui pauperes videntur,* aut *se pauperes ferunt,* seu *paupertatem ementiuntur,* i. q. πτωχοφανεῖς, quod vide infra. Posteriorem explicationem præfero, quia τῷ מִתְרוֹשֵׁשׁ opponitur מִתְעַשֵּׁר, h. e. *is qui se divitem vendit et jactat.* — יָרַשׁ : נוֹרַשׁ. Jud. XIV. 15. ἦ πτωχεῦσαι ἐκαλέσατε ἡμᾶς; num ideo nos invitastis, ut nos *pauperes reddatis?* ubi πτωχεύειν est i. g q. πτωχίζειν. Alii ibi habent ἐκβιάσαι. Vulg. *ut spoliaretis.* Cæteram petita h. l. est significatio verbi hebr. a רוּשׁ. Adde Prov. XXIII. 21. — רוּשׁ. Psalm. XXXIII. 10. πλούσιοι ἐπτώχευσαν καὶ ἐπείνασαν, divites *egestate laborarunt* et esuriverunt. Conf. 2 Cor. VIII. 9. Tob. IV. 29. Homer. Od. O', v. 308. πτωχεύσων. Schol. τὰ πτωχοῖς ἁρμόδια αἰτήσων.

ΠΤΩΧΙ΄ΖΩ, *pauperem seu mendicum facio, ad mendicitatem redigo.* h הוֹרִישׁ Hiph. a יָרַשׁ, *depaupero.* 1 Sam. II. 7.

ΠΤΩΧΟ'Σ, *mendicus, pauper.* Vide supra s. v. πένης. אֶבְיוֹן, *egenus.* Exod. XXIII. 11. 1 Sam. II. 8. Esth. IX. 22. et alibi. — דַּל, *tenuis.* Levit. XIX. 15. Ruth. III. 10. 2 Reg. XXIV. 14. et alibi. Symm. Job. V. 16. Aqu. Symm. Theod. Ps. XL. 2. — דַּלָּה, *tenuitas.* 2 Reg. i XXIV. 32. — חֵלְכָה. Ps. IX. 38. — יָתוֹם, *pupillus.* Ps. LXXXI. 3. Sic Bielius: sed male. Nam in LXX h. l. confusio vocum locum habet, et reponendum πτωχὸν καὶ ὀρφανὸν, ut quoque habet Theodotion. Pertinet itaque πτωχὸς h. l. ad דַּל. — עַז, *fortis.* Ies. XXV. 3. Forte legerunt עָנִי. — עָנָו, *mansuetus,* etiam *afflictus.* Psalm. LXVIII. 37.

a Prov. XIV. 21. Ies. XXIX. 19. et alibi. In l. c. Prov. est vox עֲנָוִים diversæ lectionis et scriptionis. In textu scribitur עֲנִיִּים, in margine עֲנָוִים, ut adeo LXX expressisse videantur vocem in textu scriptam, non vero in margine lectam. — עָנִי, *afflictus*. Levit. XIX. 10. 2 Sam. XXII. 28. Job. XXIX. 12. et alibi sæpius. Hab. III. 13. pro πτωχὸς b reponendum est πτωχοὺς aut πτωχόν. Vulg. *qui devorat pauperem*. — קָטָן, *parvus*. Esth. I. 20. ἀπὸ πτωχοῦ ἕως πλουσίου. — רָשׁ, *pauper*. Prov. XIII. 8. XIV. 20. XVII. 5. et alibi. — רָשָׁע, *improbus*. Prov. XXVIII. 15. Fortasse legerunt רָשׁ, coll. v. 3. Suidas: πτωχὸς, ὁ ἐκπεπτωκὼς τοῦ ἔχειν, ἐπαίτης, παρὰ τὸ πτώσσειν πάντας, ὅ ἐστιν ταπεινοῦσθαι.

c ΠΤΩΧΟ'Σ ΕΙ'ΜΙ', *pauper fio*. חָרַב, *comburor*. Ies. XXIV. 6. Illustranda est hæc versio e l. Arab., in qua جرب notat *deficere, imminui*. Nonnullis חרבו legisse videntur.

ΠΤΩΧΟ'Σ ΚΑΙ' ΠΕ'ΝΗΣ, *pauper et egenus*. דַּל. Psalm. XL. 1.

ΠΤΩΧΟΦΑΝΗ'Σ, *pauper apparens, paupertatem præ se ferens, ementitus paupertatem*. הִתְרוֹשֵׁשׁ d Hithp. a רוּשׁ, *pauperem me fingo*. Theod. Prov. XIII. 17. Vulg. *quasi pauper*.

